




~~17. 17.~~

EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.
VITEBERG.

III A 170.

SIGNAT. c1o1oCCCCXIII.





2

APOLOGIA

IOAN. PIERII VALERIANI BE
lunen. Medicum familie Rhetoris. Pro
Sacerdotum Barbis.

SYLVA EPISTOLARIS SEV BAR
ba Ioan. Sapidi, propter argumenti
cognitionem adiecta.

ARGENTINAE EX OFFICINA
IOAN. ALBERTI.
ANNO M. D. XXXIIII.
MENSE FEBR.

APPOLOGIA

IOHANNES PISTIVS AGERIANUS
SACRILEGII IN REVERENDISSIMO
SACRILEGII IN REVERENDISSIMO

ALVA ERITIO DE REVERENDISSIMO
LIBRARIUS



ALVA ERITIO DE REVERENDISSIMO
LIBRARIUS



MATERNVS HATTENVS SPIREN

sis Iacobo Schencio Iurisconsulto, Impe-
rialis camerae aduocato incor-
ruptiss: S. D.

Ioannis Pierij, Græca & Latina lingua apprime
docti, optime mi patroni, orationem de laude Bar-
bae accepi diebus his ab Vrbe, amicis quos istic habeo
impertientib. Quæ & si ante quinquenniū uulgata
& lecta in Italia sit, tamen propter argumenti noui-
tatem, & copiam rerū, qua tanta utitur historiae &
exemplorum. Propterq; eius scribendæ occasionē,
dignam duxi, quam nouam tanquā fabulam ex ue-
teri repræsentarem tibi tanto amico, & per te noua-
rum rerum studiosis. Occasio hæc fuit: Quum sub
clade Romana perpetrata per militem Cæsarianum,
Pontificis & Cardinalium fortunæ coactæ in angu-
stum forent. Posteaq; liberati obsidione castri An-
geli respirassent, prodierunt communi consensu in
publicum barbati, in recordationem accepti detri-
menti. Sed quum paulò post profectio Imperatoris in
Italiam incidisset, Augustæ coronæ suscipiendæ cau-
sa, in magnam dubitationem ueniebant: utrum præ-
staret sub aduentu Principis, Canonum ecclesiasti-
corum obseruantissimi, ponere uel retinere barbam.
Iuuabat retinere in memoriam doloris salutis suæ
propè pereuntis. Sed ponere exigebat religio Prin-
cipis, ne qua is noua specie offenderetur in primis

A ij

Antistitib. rei Christianæ. Dicebatur uariæ sententiæ.
Ioan. Pierius postulatus ne Consultor: quia bonas li-
teras prælegebat Hippolyto Medici Cardinali, ne-
poti Pontificis: an ultrò causæ accesserit nescio: existi-
mauit tamen partes eas etiã suas esse, dicere senten-
tiam, quid sibi sequendum super barba uideretur, ui-
susq; est præstitisse, quod Pontifex & Cardinales bar-
bam cõmuniter retinerent, habentes orationẽ eam,
quam Imperatori satisfactionem pro se offerrent, si
utiq; offensus uideretur. Debebit oratio ea tanto gra-
tior, grauiorq; uideri tibi, quod è re conceptã intel-
ligis, & non ad lusum atq; inutilem ingenij ostenta-
tionem. Porro nõ putauit me temerè facturũ, si Syluã
epistolarem Ioan. Sapidis ueteris mei amici huic ora-
tioni adijcerem, tum quod non admodum à præsentis
argumento abludat, tum quod festiuitas materiæ &
carminis elegantia, non parum oblectationis conci-
liabit lectori, quod ille octauo ab hinc anno post occi-
sionem rusticanam, ad Paulum Voisium Hugonis, ut
uocant, Curie Abbatem, insignis & probitatis &
fame uirũ conscripsit, id quod eo libentius feci, quod
scirem te Sapidicis uersiculis plurimũ teneri, tu iam
bonam animi mei erga te uoluntatem fac boni consu-
las. Vale tui Materni, ut facis, perpetuo memor.

Pridie Calendas Februarij. Anno

M. D. XXXIII.

IO. PIERIVS

VALERIANVS BELVNEN. PRO

sacerdotum barbæ ad clariss. Card.

Hippolytum Medicen.



DMONVISTI nos Antistes ampliss. ut quoniã nonnulli haud postremæ autoritatis uiri, concilij cuiusdã legẽ, Alexandri III. ut ipsi auunt, rescripto corroboratam, antea acta etate per annos aliquot obseruatam, nostro autem tempore non temerè destitutam, iterum tentant apud summũ Pontificem, nulla eius, qua nunc grauissime uexatur, ualitudinis ratione habita, suscitare, priusquàm edictum proferatur, barbam deponere omnes, qui auspicijs tuis uiuimus, incipiamus, atq; ita exemplo reliquis futuri, sponte faciamus, quod omnino lege lata facere compellemur. Id quod etiam, si nullæ cogant leges, tuo unius iudicio, & autoritate moti, libentissime facturi sumus. Sed enim, quum pleriq; ingenio, & doctrina, addam etiam probitate, & sapientia præstantes uiri inceptum hoc haud ita probent, uiolarique hinc sacerdotij grauitatem arbitrentur, quæ de barbâ ipsa plurimum sibi uendicat dignitatis. Quumq; alij legem illam non eo modo, quo in uulgatis exemplaribus habetur, latam assueret. Alij, quamuis lata

A :

IOANNES PIERIVS

olim fuisset, longo tamen usu, tacitoq; consensu clarorum
 hominum antiquatam prædicent, Alij, si non la-
 ta modo, uerum etiam si aliquandiu obseruata, etiam
 si repetitis insuper decretis uires acquisiuisset, quia ta-
 men minus honesta sit, abrogādam censeant, multaq;
 quotidie in hanc sententiam disputentur. Tuq; ob
 excellentis ingenij tui acumen, studiumq; ea omnia co-
 gnoscendi, quæ te digna sunt, huiusmodi disceptatio-
 nibus plurimum delecteris, non ab re me facturum
 arbitratus sum, si Barbārum defensionem, pro Colle-
 gij Sacerdotalis tuenda dignitate suscepissem. Ita
 enim tibi rem gratam me facturum intelligebam, atq;
 ego intermissum per tot annos hoc dicendi studium e-
 ram non sine iucunditate mea repetiturus. Spero autē
 futurum, ut, cum ea, quæ dicturi sumus, percepta fue-
 rint, eorum deprehendatur error, qui sacerdotum ni-
 hil minus decere, quā barbātum esse, persuasum ha-
 bent. Siquidem ex huiusmodi leuitatis usu multa con-
 tra Sacerdotij decorum fieri uidemus. Euanescere
 quippe grauitatem, uirilitatem despici, seueritatem,
 illūdi, & uenerabilis in homine conspectus dignita-
 tem eleuari. Nam quin barba uirum, & probum &
 honestum, in primisq; grauem, atq; seuerum deceat,
 qui negare uelit, inueniri neminem arbitramur. De
 ijs loquor, qui rationibus potius acquiescunt, quā opi-
 nionibus suis adherescant. Quod si probum & ho-

DE BARBA SACERDOTVM.

nestum uirum barba decet, Sacerdotem quoque, qui totius probitatis, & honestæ uitæ exemplar esse debet, ante alios addecere non temerè forsân opinabimur. Nulli enim dubium est seueriorem hominis habitum, eo molli & effœminato laudabiliorem esse, in uiro præsertim sacris initiato, qui que alios instituturus sit, atque etiam castigaturus, futurûsque, ut Aegyptij uolunt, tanquàm canis latrans in hominum uitijs incessandis, quia qui muti sunt, ab Hieremia reprehenduntur. Quin etiam eadem de causa barbatos magistros maiores nostri cum primis approbauere. Neque est ut isti dicant se barbam ponere humilitatis causa, ut cultum aspernentur, sintque ultrò hominibus opprobrio atque contemptui, quod in capillo tondendo forsân admitteremus, sed in oris mollicie curanda nemo unus, qui bene sentiat, humilitatem interpretabitur. Mentum siquidem & faciem omnem rasitare, nimirum nequitiae, deliciarûmque causa coeptum. Quique id frequentius egere, inter effœminatos dubio procul habiti, etiam si multis & magnis uirtutibus alijs domi forisq; clari extiterunt.

Possẽm ad hoc innumerabilia totius antiquitatis exempla, tam Hebræorum, quàm Græcorum recitare. Sed quoniam Romani sumus, & Romana est ecclesia, qua de nũc agitur, priusquam ad nostra hæc tempora deueniamus, non ab re fuerit antiquorum

IOANNES PIERIVS

etiam mores perscrutari. Quare quid de barba Romani olim senserint, uideamus. His enim utpote uirilibus, tardior in tonsoribus consensus fuit, eaque de causa maiores eorum à scriptoribus intonsi plurimum appellantur. Post Romam enim conditam, non ante annum quadringentesimum quinquagesimum quartum eorum usus reperitur. Adduxit hos ex Sicilia P. Ticinius Mena, si Varroni credimus, nam intonsos antea uixisse Plinius etiã attestatur, primũq; omnium radi quotidie Africanum instituisse, quem studiose admodũ Augustus Octavianus imitatus est. Sed enim Scipio nota ea, quod mollis esset, nunquam caruit, deq; cultu eius, non modo Romano, sed ne militari quidem, deq; hominis desidia, multa ultro citroq; iactata sunt. Quin etiã in ea expeditione, qua nulla unquam Romano populo maioris momenti credita, ea ipsa, inquam, ubi Carthaginis excidium pro libertate Italiae, pro Romanorum omnium uita & nomine parabatur, de soluta sub eo duce militia disciplina, Romam usque non priuatis tantum, uerum etiam publicis Ciuitatum expostulationibus exaudite sunt in Senatu querimonie. Agite igitur uos quoq; Siculorum instituta sequimini, Syracusanos etiã apparatus, luxumq; frequentissimis Antiquorum audacijs damnatum imitamini, ut non modo si ignaui eritis, uerum etiam si strenui, si clari, si triumphales, uestrane

DE BARBA SACERDOTVM

stram hinc omnē gloriam obscuretis . Sed quid super Augusto dicam ? Nunquā ille profecto tam magnam effœminati animi susp̄cionem concitauit ex carminibus impudicissimis, à se in balneis editis, quam ex frequenti nouacularum usu . Et, ne multa in re tam manifesta exempla congeram, omnis deniq; pilorum depositio muliebre nescio quid omnium ferè gentiū, & temporum consensu sapere uisa est . Hinc fuere nationes aliquot, quæ barbam in luctu ponerent mœstitiæ signum, propterea quod foemineum esset frangi calamitatibus, neq; lugere uirili habitu congruum iudicarent . Sanè Romani barbæ cultum tanto sunt honore prosequuti, ut Iouem ipsum nusquā nisi barbaturum figurarint . Ipsis uero Quiritibus, quantū grauitatis & autoritatis barbæ attulerint, inde manifestum, quod quū capta à Senonibus Roma, hostes ingressi essent, Patres pro foribus suarum quisq; ædiū in sella sedentes, barbata illa dignitate tantam hostibus, & quidem feris, admirationem incussere, ut illi totidem se numina consp̄icere, quot ciues Romani erant, arbitrarentur, donec unus aliquanto ferocior Senatoris unius barbā manu demulcere aggressus, ab eo uirga percussus, prohibitusq; fuit . Quo factō indignati Barbari, Romanos illos omnes, & ætate, & habitu uenerabiles ad unum trucidarunt . Ita illi quos Romanorum gladiatorum uis non edomuerat.

IOANNES PIERIVS.

Barbárum iam erant reuerentia mitigati. Hi uero, ne oris sui maiestas laderetur, uitam pro barbibus pacisci maluerunt. Non negarim autem quorundam populorum, neq; ignobilium quidem institutum fuisse, ut barbam raderent, capillum à tergo tantū luxuriare permitterent, quod Lacedæmonij factitasse perhibentur, & Abantas id primos omnium excogitasse Homerus tradit: & ea de causa Pollux Euboicos opisthocomas uocatos ait, & Hectorem Timæus ea per terga ipsa coma insignem describit. Sed ea ratio Lacedæmonios ab aliorum institutis alienos fecit, quæ multa etiam alia à reliquo humano genere aliena eiusdem persuasit. Cur uero barbã abradi, capillum à tergo nutriri iusserint, ideo factum, ut longe tutiores in bello essent, adimereturq; hosti facultas in pugna mentum apprehendendi, si uero fugam meditentur, uinculum atq; ansam, quo capi possent, instare sibi à tergo reminiscerentur, atq; ita, præ capturæ metu, destinatione animo consisteret, aduersiq; dimicarent. Verum institutio hæc una cum eorum Imperio antiquata, abolitaq; imitatores nunquam ulterius habuit. Sed, ut quæ ad rem nostrã pertinent, prosequamur, delicatulos istos accusatores nostros, qui nos maledictis figunt, mihi dari uelim, ut quoniã turpe adeò putant Sacerdotem cum barba conspici, quid in se turpitudinis habeat barba, mihi declararent,

DE BARBA SACERDOTVM.

rent, siquidē ego nihil in ea turpe, nihil nō honestum inuenio. Ceterum ut hoc manifestius appareat, quid barba sit, primum uideamus: atq; ita forte quid in ea delitescat mali, deprehēdere poterimus. Multa enim, quæ primo latent, per finitionem mox apertius innotescunt. Est autem barba uirilium maxillarum uesti-
mentum, à natura ornamenti, & bonæ ualitudinis causa productum, inde Latini Vestem eam appellauerunt, & impubes pleriq; dixerunt inuestes, genasq; lanugine uestire passim apud autores inuenias. Barbæ de scriptio.

Quod autem uirilis naturæ barba indicium sit, magis apertum est, quàm ulla debeat approbatione demonstrari, meritoq; Diogenes, qui abrasos omnes insectabatur, Barbaro nescio cui respondit barbam se ideo gestare, ut se uirū esse subinde recordaretur. Et ad nostram usq; ætatem uniuersæ totius Orientis nationes abrasos uiros quum inspexerint, scæminas eos in ludibrium uocant, & Alexandrum Macedonem, tanti nominis Principem à militibus suis, à populis & nationibus omnibus irrisum, quod rasitaret, & scæminam præ se ferre uellet, memoriæ proditū. Nam eum rasuræ autorem fuisse, Athenæus ex Chrysippo memorat. Manifestum enim est in hominum genere pueros tantum & scæminas, eunuchos, & qui mollius degunt uiros sine barba conspici: atque ita facile potest intelligi, quibus ij, qui rasitant, assimilari

IOANNES PIERIVS

assimilari possint. Sed ne diutius in re tam perspicua
moremur, ad alia, quæ dicere proposuimus, aggre=
diamur. Quod ornamenti causa sit à natura pro=
ducta, re ipsa constat: nã ueluti arbores natura fron=
dibus, ita uiros ad eorum dignitatẽ uberius augendã
barba ornatos uoluit. Eandem autem in abrafa ho=
minis facie deformitatem Poëtæ ponunt, quæ syluariũ
est, quum folia deciderunt. Merito itaq; Haliabas &
plerique philosophi admodum clari, barbam scri=
psere uiris à natura ornamenti, dignitatisq; causa con=
tributam. Hinc uideas unumquemq; eorum, qui uel
supremo labro tantum, uel extremo mento barbatuli
sunt, quotiescunq; in speculum inspexerint, uel ad os
manus admorint, & succensere naturæ, & se ita fa=
ctos ingemiscere. Vt enim in unionibus, quo grandio=
res sunt, eò preciosiores aestimantur, ita barbis ex ma=
gnitudine ipsa, autoritas comparatur. Artemiodrus
ait filios tantum ornamenti patribus afferre, quantiũ
ori barba decoris addit, ideoq; super filijs decerni à
Coniectoris, quæ de barba per quietem quis ima=
ginatus fuerit. Opera precium uero est Luciani Cy=
nicum audire, qui tam deforme esse putat ornatum
barbæ uiris auferre, quasi Leoni iubas attondere
quispiam aggrediatur. Sanè Theseus Herculis disci=
pulus, quo non alter ea tempestate fortior, barbam
nunquam tondere uoluit, ut uirtutem ipse suam or=
natu

DE BARBA SACERDOTVM.

natu eo profiteretur. Eaq; de causa Exephæborū ille tonsuram, utpote gratissimum dijs donū, quo nihile aetas preciosius offerre posset, fertur instituisse. Idq; primitiarū, tum fluminibus, tū Apollini dedicabatur ex temporum eorum superstitione. Sed hoc nihil ad negotium nostrum. Plinius iunior Euphratem philosophum aetate ea præstantem celebrat, cui & ingens & cana barba multum afferebat ornamenti. Tantū uero à ueteribus barbæ attributū est, ut philosophus qui barbatus non esset, uix philosophus putaretur, qui uero barbatus esset, nisi reliqua morū grauitate uitam comprobaret, male id audiebat, quod barba, & pallium in conspicuo essent, philosophus autem nusquam appareret. Ita ueteres illi, grauißimi quidē uiri, cum barba & sapientiam, & bonos mores esse coniunctos arbitrabantur. Quod uero conferat ad ualetudinem ex eo patet, quod dum ad sui nutritionem superuacaneum humorē exsugit, dentes diutius à putredine conseruat, & ut firmiores gingiuis insideant efficit, quod non æque accidit ijs, qui frequenter abraduntur. Nā ij uel ante tempus plerunq; fiunt edentuli, uel de dolore dentium plurimum laborant. Præterea æstate ne faciès solis radijs uratur, exedaturq; prohibet, hyemes noxias, & strictiores uentorum flatus infringit, ab angina, ab uua, & alijs plerisq; incommodis tutum hominem reddit. Ut hinc deniq;

IOANNES PIERIVS

deniq; credamus à Mithologis illis philosophis con-
 fictum, ut sit intonsa semper Esculapio barba, quum
 Apollo eius pater ubiq; pingatur impubis. Qui enim
 salutis autor perhibetur, merito ijs, quæ ad salutem
 faciunt, ornamentis insigniri debet. Huiusmodi igitur
 dotes quum in barba sint, quid in ea turpitudinis, quid
 uitij, quid quod abhorreamus, nequaquam uideo. Quod
 si ea quæ utilia, quæ salutaria, quæ honorata, quæ ali-
 cuius existimationis sunt, indigna sacerdote uiro iu-
 dicabuntur, quid illud sit, quod sacerdotalem habi-
 tum addeceat, difficulter, ut arbitror, inueniemus.
 Sed iniquos ne uocem, an inuidos hos Barbárum ui-
 tuperatores, qui nos inimicè adeo insectantur, qui-
 bus quos dijs immortalibus cultus, honores, preces
 adhibemus, quæq; pure & caste facimus unà de bar-
 ba omnia sordescere uidentur. Qui deniq; sacerdo-
 tes illos tantum approbant, qui contra grauissimorū
 hominum sententias uenerabile uirilitatis signū exue-
 rint. Quod si qui dignitatem suam tueri uelint, à sa-
 cris summouent, ac uti diris imprecationibus deuo-
 tos abominantur. Vbi enim barba sit, nullam isti pie-
 tatem, sanctitatem nullam, nullam esse posse religio-
 nem putant. In primis autem nos legum auxilijs op-
 pugnant, causaq; tunc omni decidisse clamitant, si-
 mulac non obsequendum legibus dixerimus. Nimirū
 quanti nos leges facimus, norūt, eoq; audaciores facti
 sunt,

DE BARBA SACERDOTVM.

sunt, quod eiusmodi armis sponte cedere consueuerimus. Sed enim dicant prius, utrum naturæ leges citaturi sint, an scriptas, an de sanctissimorum hominum exemplis sumptas, an diuini spiritus admonitu constitutas. Quatuor enim has inuenio fuisse laudabilis uitæ suo quamq; tempore, rationes, quibus homines æuū, quantū ad diuina pertinet, ab orbe cōdito, ad nostrū usq; tempus exigere sua cum laude & animorum salute potuerunt. Si Naturæ legem hanc esse dixerint, reclamabit res ipsa, dicentq; uiri prudentes atq; sapientes omnes, imò & stulti, & insipientes, quotquot nunc sunt, quotq; ab hominum memoria fuerunt. Naturā glabellas fœminas, hirsutos mares effecisse, portentosumq; esse, si qua barbatula mulier sit, uti de Antistite, quæ Mineruæ sacris præfecta erat apud Pedasenses, Græcorū monimenta tradidere. Qui uolet igitur Marē arte operæue aliquo imberbē reddere, is cōtra Naturæ leges dubio procul fecisse redarguetur. At multa sunt, inquiēt, quæ natura temerè fecisse uideatur, quæ humana postmodū diligentia, consensusq; hominū ciuilitèr degentiū emēdauit. Fruges tantū ad cibū: & aquā ad potū natura produxerat, humana mox diligētia panē, & cōdimēta alia, uinumq; facere adinuenit. Syluarū horrore, dumorūq; aspitate loca oīa, Natura cōseuerat. Sed aruorū, hortorū, uiridiorūq; amœnitates humana postmodū ars excogitauit.

Ita

IOANNES PIERIVS

Ita pleraq; alia ex hominū sapientium ingenio, arte, persuasione, experientia, in melius ordinata, ita barbaras radere institutum, ut incōmodum id amoveatur. Sybaritas puto fuisse hos legumlatores, qui etiā gallos gallinaceos urbe sua exterminarūt, ne somni suavitatem importuno cantu, antelucanis horis interturbarent. Sed enim bene habet, quum iam Naturæ lex à nobis stet, quam ita esse non inficiantur: sed ea qua præditi sunt ingenij peruersitate contra eam rugas huiusmodi moliuntur. Hanc itaq; ualere sinunt, & ad legem confugiunt ex aliqua nonnullorum hominū commoditate conscriptam, in cuius tamen præsidio omnem uictoriæ spem collocauerūt. Sed enim est Lex scripta triplex. Vna quæ à Mose ad Assertoris usque nostri tēpora producta est. Altera, quæ uel de ipsius magistri nostri exemplo desumpta est ad imitationem, uel Diuorum nostrorum autoritate constituta. Tertia Pontificū, Conciliorumq; sanctione decreta. Sed quoniam scriptæ Legis appellatione Mosaicam præcipue capimus, in primis operæ precium est uidere, an in ea sitandum esse præcipiatur. Sanè si ad Hebræorum mores respexerimus, in Regum historia legas. Nuncios à Dauide ad Hannonem regem missos, qui eum de patris obitu consolarentur, quos quum suspectos rex Barbarus habuisset, altera cuiusq; maxilla abrasos in Principis sui ludibrium & iniuriam

DE SACERDOTVM BARBA.

iniuriam remisit. Quare David iussit eos in Iericho tam diu commorari, donec barbæ crescerent, ne secundum hoc spectaculum populo exhiberetur: quod si rasitandi mos fuisset, factum hoc non oportuit, quia statim reliquum abraderc potuissent. Si uero leges eorum inspiciamus, compluribus locis, ne quis abraderetur, apud eos uetitum, barbam enim rasitandam non esse. Leuitici libris populo præcipitur uniuerso, Sacerdotibus autem sine exceptione mandatum præcipue, ne barbam radant. Quin etiam inter alias calamitates, quas deus Moabitico populo Isaia uerbis interminatur, in cunctis eius capitibus barba, inquit, abradetur. Usque adeo hæc effœminati menti luculentia apud ipsos summæ dabatur uituperationi. Merito itaque barbæ Aaronis summi Pontificis mentio quædam honorifica nostris in templis ante summi Dei, diuorumq; immortalium aras quotidie decantatur: quin etiam de unguento, quo eius Pontificis barba delibuta fuerit, memoriæ proditum. Apud hos denique uiri illi sanctissimi, qui Deo præcipue dedicati erant, Nazarei nuncupati, capillum & barbam promittere sanctimonie signum habuere. Eoq; instituto in Ioannis Baptistæ præcursoris caput & faciem, nouaculam nunquam ascendisse legimus. Sed quo nã manifestiori argumento barbas Deo placere comprobare possumus, quàm eo ipso, quod in uotis de susci-

B

IOANNES PIERIVS

pienda prole dānati barbæ nutritionē obligabāt: quā si Deo ingratam sapientissimi illi Patres intellexissent, nunquā profecto oblatione huiusmodi gratiam ab eo sperassent se consequuturos: delicti uero, quod forte aliqui deliciares abradendo admiserant commonefacti, eo uoto errorem emendare, & propitium sibi Deum reddere procurabant. Passim uero apud Hebræos abradi barbam inuenias, ubi uel dolor intolerabilis, uel insignis aliqua calamitas ingruisset, quo se ornamentis omnibus exspoliatos ostentarent. Dies, imò annus me integer deficeret, si tam multos huiusmodi locos, & exempla toto eo tēpore scriptis commendata cōmemorare perrexero: quæ quū manifesta sint omnibus, nō est, ut in re notissima tempus diutius conteramus. Constat enim in ueteri lege barbam non modo non prohibitam, sed etiā decreto habendā, imperijsq; Dei ipsius nequaquā amouendā.

Age igitur, iam ad alteram deueniamus, quam per undetrigesimum, supra mille, & quingentos annos sequuta est Christiana pietas: eā gratiæ Legem Theologi nostri uocant, quam nos in Legem exempli, & in Legem sancti spiritus afflatu conscriptam diuidimus. Exempli autem lex tantæ est autoritatis, ut pro legibus omnibus sufficere debere Christus admonuerit, quum exemplum se nobis dedisse professus est. Itaque illud potissimum obseruare consueuimus, ut
Christum

DE BARBA SACERDOTVM.

Christum ipsum nobis ad imitandum proponamus. Eo enim argumento excandescit Ignatius, diuini Ioannis Euangelistæ discipulus, in quorundam superstitionem, qui se ideo sanctiores fore arbitrabantur, quia carnibus abstinere perpetuò instituerant. Christus, inquit ille, comedit carnes, Petrus comedit carnes, & quæ sequuntur. Quur nos igitur earum esum sanctitatis ergo sustollamus. Exempla enim ille dedit nobis, ut quemadmodum quid ipse fecerit, ita & nos faceremus. Atque ita sine ulla prorsus controversia dicimus. Vnamquamque ipsius assertoris nostri actionem uitæ nostræ legem & rationem esse.

Quo constituto Accusatores nostros interrogarim, nunquid ullum Christi ipsius præceptum, dictum uel, aut exemplum habeant, quo barbam ille uiros abradere iusserit, uel indicarit, uel saltem innuerit.

Nullum dubio procul huiusmodi reperitur. Contrà uero, & Christi ipsius exemplum, qui barbam assidue gestasse fertur, & Petri, & Pauli, & Apostolorum omnium mores Barbârum defensionem constituisse uidentur. Sunt enim qui Christi faciem à maioribus acceptam ita describant: Ut barba eum promissa, flauâque fuisse asseueret, neq; aliter unquam à Grecis, à Latinis, alijsq; nationibus pingi, sculpiq; manifestum est. Petrum, cui summa uni in Christianis omne nomen autoritas ab ipso Deo attributa est,

IOANNES PIERIVS

barbatum ab antiquis accepimus, & ita in templis delubrisq; omnibus barbatum ære, marmore, coloribusq; figuramus. Paulo, qui nostræ dubio procul uitæ magister fuit, cuiusq; sapientissimis institutis libenter omnes adquiescimus, pingi nihil barbatius inspicimus. Iam & Andreas, & Thomas, & Collegæ eorum omnes ingentibus barbis insignes ostenduntur. At leue dicent argumentum est, Christi & eius comitum facies, quales fuerint, ex picturis ariolari: cū pictoribus atq; poëtis quilibet ex libidine sua consingere semper concessum fuerit. Faciamus hoc non liquere, non negabitis tamen communem hunc mortaliū omnium consensum esse, ut & Christū ipsum, & eius comites, Sacerdotij nostri Principes nō aliter quā barbatos pingere sculpereq; instituerint: quæ omnium sententia facile ostendit barbam aliquid habere, quod sanctitati decenter accommodetur. Sentireq; idē omnes, barbam integerrimo cuiq; uiro ornamentū afferre. Ita gentiles, Deos quisq; suos eo habitu insignes ostentabant, qui mores eos, quos ipsi præcipuos iudicabant, indicaret. Hinc Lacedæmonij non Martem tantum, sed & alios Deos, Deasq; plerasq; omnes armatos figurabant, quod nihil armis præstantius existimarent, ac perinde Deos armis decoratos esse debere opinabantur. Phœnices, Mercaturæ tantū dediti, Deos omnes cum loculis nummorum
 plenis

DE BARBA SACERDOTVM

plenis effingebant: quod beatissimum illum arbitra-
rentur, qui pecuniosior haberetur. Nos quum nihil
barba uenerabilius intelligamus, ipsum dominum,
Deumq; nostrum, & reliquum Diuorum coetū cum
barba pingere pientissimū arbitramur. Sed enim mi-
nime inficiari poterunt, quin præcursor ille Sanctiss-
tonsores nō admiserit, quin idem fecerit. D. Iacobus,
cui inter reliquas bene instituti animi dotes id sum-
ma omnium consensione attribuitur laudi, quod nul-
lo unquam uitæ tempore tonsorē admiserit. Nos infe-
lices id, uel uitio cupiam dabimus, uel sub execratio-
nis crimine fieri prohibebimus, quod sanctissimis ui-
ris ab ipso Dei filio, assertore nostro eruditis, omnium
approbatione conceditur: atq; uti exemplum conti-
nentissimæ uitæ inter uirtutis opera recensetur. Iam-
pridem omnino uera non modo uocabula, uerū etiā
morum bonorum semitam amisimus. Iacobo cui per-
petua quedam iustitiæ obseruantia cognomenū de-
dit, laudi datur, quod nunquam attonsus, nec unctus
unguento, nec usus balneo sit. Nos eos ut infames ca-
lumniabimur, qui & tonsores & delicias, alias huius-
modi abominantur. Quod si dominus Deusq; noster
barbam uirilitalis indiciū gestauit, si Petrus, si Pau-
lus, si Apostoli reliqui barbati esse uoluerunt. Si con-
trā barbas nihil à fidei nostræ procerib. dictum, mo-
nitumue reperitur, quid est, quod in lege ulla barbā-

IOANNES PIERIVS.

rum damnationē expectemus, aut ullorū extimesca-
mus minas, si nobiscum Deus sentit, cuius in hoc ha-
bitu filium præceptorem nostrū imitamur. Quartū
erat, ut uideremus, an hæc barbārum ablegatio ter-
tio legum scriptarum genere, Diuini quippe spiritus
admonitu præcepta esset. Siquidem & alia sunt, quæ
pietatis nostræ duces, nulla prius à Christo, Discipu-
lisue, eius mentione facta, nullōue exemplo præstito,
diuino tamen eo afflatu conciti constituere, quæ mihi
non sunt ad commemorandum necessaria.

Hoc in genere sunt Cōciliorum decreta, institutaq;
utpote qui credere tenemur, atqui ita credimus, in
ijs, quæ pertinent ad fidem, Cōcilia ritè congregata,
nihil quicquā absq; aspirantis Dei ueri numine con-
stituisse, eaq; & firma & rata, et immutabilia ubiq;
& semper esse debere. Morum uero atq; rituum ra-
tio, pro locorum, temporum & personarum condi-
tione plerunq; uariata, humanam potius naturā sa-
pit, quàm diuinam. His tamen armis nostri accusato-
res instructi, desumptum ex uulgatis quibusdam co-
dicibus, Carthaginense illud cōcilium nostris copijs
opponunt, cuius præsidio muniti, in barbas impetū
faciunt, exultantesq; stragem, & extremum earum
exitum minitantur. Quasi diuino interueniente spi-
ritu factum sit, ut pulcherrimū hoc naturæ opus abo-
leretur. Quiq; olim uotis de non amouenda mutilan-
dæue

DE BARBA SACERDOTVM.

dāue barba nuncupatis non temerè sese propitium mortalibus exhibebat, Carthaginensi concilio sibi met cōrarius, barbas demum cœperit fastidire, quæ quidem quàm indigna sint, quæ Deo attribuantur, uel infantissimus quisq; poterit iudicare. Neq; tamen isti uerecundantur tam abiectis & sordidis curis Deum admiscere. Sed detur in hoc uenia eorum imbecillitati, quod ingenium ad altiora tollere nequeant, ne tamen cæteri sub boni specie decipiantur, accuratè cauendum. Idcirco, quam isti legē recitant, audiendum. Ea est huiusmodi.

Clerici neq; comā nutriant, neq; barbā.

Aiūt enim isti constitutionē hanc à concilio profectā Carthaginēsi, ab Alexādro tertio repetitā, confirmatam à plerisq; alijs iuniorum, à nostris minime repudiandam esse. Quasi uero nos ij simus, qui contra leges quippiam moliamur: aut minus intelligamus, si leges despici, contemniue cœperint: breui rerum humanarum omniū rationes euertendas, sacra prophanis miscenda, nihil sanctè, nihil honestè, nihil laudabiliter factū expectari debere. Solutis legibus, soluentur Ciuitatum commertia, uiolabuntur gentiū fœdera, nullus ordo consistet, nulla ratio, nulla iustitia, nulla æquitas permanebit. Licebit unicuique ex libidine sua uitam instituere, secedere iterum in syluas, & antra, & in uisceribus terræ delitescere

IOANNES PIERIVS

cogemur humanum genus uniuersum, ut à robustiorum insidijs tuti uiuere ualeamus. Quare nihil ego magis omnibus obseruandum duxerim, quàm quod lege sancitum, receptum à maioribus, usu insuper accedente, firmitatem sit aliquam assecutum. Quid hic igitur faciemus? contra omnes rationes nostras, Lex opposita est. Actum utique de re nostra, uicti, fusi, profligatiq; sumus, deliciarum factiones imperant, & Sicularum nos moribus addixerunt. Romana iam seueritas faceffat. Lasciuendum est ex noua lege, abradendum, expilandumq;, & ut uno omnia uerbo, eoq; nouo, dicam, effœminascendum. Hoc hoc illud est, quod accusatores nostri unicū molliciei suæ præsidium delegerunt. Hinc nos oppugnant, hinc nos ad unum cedunt, hinc nos una internicione meditantur abolere. Quod nisi Clerici, glabelli, luculentiq; fuerint, ab aris omnibus summouebuntur, eijcientur è templis, neq; ullus illis inter humana commercia locus reliquetur. Sed nimium cessamus. Age age nos nostras cōtra copias inducamus, tormentūq; illud principium belli torqueamus, quo præsidium eorū omne funditus euertamus. Non ita, non. Non ita inquam in Carthaginensi Concilio decretum. Liquido enim hoc negare possumus, propterea quod aliquot ab hinc annis, castigati codicis defectu, lectio illa corrupta circumfertur, una quippe abrasa locutione, uerbo scilicet. Ra

DE BARBA SACERDOTVM.

cet. Radant. Nam grauiſſimi, atq; integerrimi, emun-
diſſimæq; naris uiri apud Gratianum ita legendum
censent.

**Clerici neq; comam nutriant, neque barb-
bam radant**

*Nemo ſiquidem inficiatur uerba hæc de Cartha-
ginenſi concilio deſcripta. Bene autem eſt, quod
ipſa Conciliorũ monumenta nuper in lucẽ prodiere,
in quibus Carthaginẽſe ita dubio procul habet, pro
ut in Bibliotheca Palatina manu ſcripti codices quiq;
antiquiſſimi habent. Ita enim ibi notatũ inſpeximus.*

**Clericus nec comã nutriat, nec barbã
radat.**

*Expalluere hoſtes notabiliter, acrius igitur ur-
geamus, cedent eueſtigio, ubi cornu alterũ incitaro.
Alexandri III. reſcriptum citãt ad Cantuarienſem
Archiepiſcopum.*

**Clerici, qui comam & barbã nutriunt,
etiã inuiti a ſuis Archidiaconis tondeant.**

*Sed enim in ſuperiore decreto, ut unam impuriſ-
ſimus neſcio quis tonſor dictionẽ abraſit, ueriſimile
eſt. In hoc Alexandri reſcripto temerarium quempiã
unam intruſiſſe. Nam ijdem & docti, & approbati
uiri legendum autumant.*

**Clerici, qui comam nutriũt, etiã inuiti
a ſuis Archidiaconis tondeantur.**

IOANNES PIERIVS.

Quàm quidem castam esse lectionem inde manifestum est, quod interpretes partem hanc esse aiunt de concilij Agathensis sanctionibus desumptam. In illis autem nimirum ita scriptum est.

Clerici, qui comam nutriunt, Ab Archidiacono, etiam si noluerint, rondeantur.

Nulla de barba facta mentione, & in quarto concilio Toletano præcipitur: ut Lectores, Leuitæ, & Sacerdotes detonso superius capite toto, inferius solum circuli coronam relinquunt. De barba autem neque somnium quidem. Atque hæc eadem de coma tantum in Decretis antiquorum Pontificum plerisque locis reperiuntur, una cum alijs, quæ sacerdotum uitam circumscribunt: denique Anicetus ex Apostolorum præceptis comam sanxit clero nutriendam non esse, de Barba profecto minime taciturus, si eam quoque inhonestam existimasset. Nimirum enim comam nutrire foeminarum est, aut marium molliter degentium, & impudice, comatosque in nequitia turpitudinisque notam, Græci quàm Latini semper acceperunt: ut non immerito leges uirum, sacris initiatum non modo uitijs, uerum etiam uitiorum suspicione carere uolentes, comas eos nutrire prohibeant. Contrà autem barba uiros promissa decet, eoque præcipue signo, uti sæpius dictum, uirtus mascula à foeminarum mollitie distinguitur, quod illæ comam, uiri barbam nutrire debent.

Solenniꝰ

DE BARBA SACERDOTVM.

Solenniꝫ; ideo concilij Carthaginensis Edicto sacerdotibus præcipitur, ne barbam radant, ut uiri sint & uideantur, & quandam præ se ferant sui, ut ita dicam, generis maiestatem. Vos tamen Rhodios imitami, apud quos de non abradendo Lex habebatur, quum tamen uulgo omnes rasitarent. Præcipue uero Byzantios Chrysippus indignissime fert, non modo leges, sed pœnas etiam, barbas abradentibus infixisse, illos tamen plerosque omnes rasitationem, quod & uos facitis, adamasse. Ita apud omnes Gentes boni plerunque mores perditorum hominum importunitate contaminantur. Ne uero mirum cuiquam uideatur, ita uitiatos codices per tot annos in damno fuisse: ut ab eo erroris initio multa insuper decreta, constitutionesque & in contumaces animaduersiones, seuerissimæque castigationes accesserint. Bone Deus, quàm multa ea sunt, quæ omnibus in antiquorum codicibus passim mendosissime leguntur: quot immutata? quot adempta? quot inculcata? Atque utinam multa quorundam iniquitate quotidie non peruerterentur. At uidete obsecro, quæ damna plerunque deprauati codices afferant. Nostris in sacris Legibus, Distinctione Quintadecima. Gelasij Papæ sententia est. Venerabilis uiri Sedulij Paschale opus, quod Heroicis descripsit uersibus, insigni laude proferendum. Vulgata tamen hæctenus exemplaria
pro

IOANNES PIERIVS

pro Heroicis uersibus, Hæreticis uersibus habuere.
Quod bonis quibusdam Legum professoribus suspi-
cionem oggeßit Poëmata omnia esse hæretica. Poë-
tasq; inter pios, etiam si sacra tractent, nequaquam
adnumerari. Id quod Hadriano VI. Pont. Maximo
usque adeo persuasum uidimus, ut hac de causa nullū
hominum genus maiori prosequeretur odio, quàm
Poëtas, id nominis nihil aliud præ se ferre arbitra-
tus, quàm impietatem. Et adhuc aliqui, non mali qui-
dem Præsules, deprauata illius lectionis hallucina-
tione, & alterius huius de rasitanda barba errore
ducti, neminem Sacerdotio dignum putant, qui uel
barbam nutriat, uel uersus faciat: tanti est prauam
semel opinionem imbibisse. Sed ut alios autores præ-
tereamus, quàm inclementer à posteris accepti uete-
res illi Iurisconsulti, qui posteaquàm membratim à
Tribuniano, & carnificibus alijs dissecti sunt: neque
ipsa quidē membra conseruare potuerunt, quin pas-
sim contaminata in imperitorum manibus compute-
scerent, uitia tamen illa pro legibus accepta, suos sin-
gula defensores habent. Volo cuiusmodi sint, ex leuis-
simis quibusdam breuiter agnoscatis. Vlpianus De
Usu fructu Legato.

Proinde & si Scænicae uestis usus fr. leget,
uel annuli aurei, uel alterius apparatus, alibi
quam in scæna non utetur.

Lectiōem

DE BARBA SACERDOTVM.

Lectionem, quæ est, Annuli aurei. Veteres, nouiq; interpretes plerique agnoscunt, in antiquissimo tamen Pisano codice legas.

Proinde si Scænicæ uestis ususfr. legetur, uel, Aulei, uel alterius apparatus, alibi quam in scæna non utetur.

Quam castissimam esse lectionem nemo non fateatur. Rideât sanè nostri temporis Iurisconsulti, qui nihil hoc ad lucrum & formulas suas pertinere clament. Sed quid illud, quod non obseruare maioris imprudentiæ fuit.

Aliqui tradidere non leues autores, Quinquies Quaternos.

Enixam Penelopen. Cum eiusdem codicis lectio Enixam Peloponesi, Habeat: & tamen non iuris tantum prudentes, uerum & nonnulli politiorum literarum professores hinc decepti, multa in Penelopes impudicitiam scriptitarunt. Idem Vlp. de institoria.

Si Libitinarius, quem Græce uocant seruuum pollicitorem habuerit.

Vetustū tamen exemplar, illud quod habetur Florentiæ, ita legendum indicat.

Si Libstinarius, quos Græce Nekrothaptas uocant, seruū pollinctorem habuerit.

Quid uero sibi uult illud. tt. Pro socio. Aut agrū Pollicitatori damus. Quum dubio procul Politorile gendum sit. Atq; ita demum multa quotidie prodūnt in lucem,

IOANNES PIERIVS.

in lucem, quæ nos errorum admoneant, in quibus Maiores nostri aliquandiu sunt hallucinati, uel Codicum deprauatione decepti. Quare minime mirum est, si Carthaginensis concilij Decretum aliter nunc reperiatur, quàm aliquot ab hinc annis creditum.

Bene habet: fundamentum habemus defensionis nostræ præclare iactum. Recitata Lex est, quam legem nō esse manifestissime redarguimus. Exēpli lege nō summoueri barbas indicatum. Quod probum et honestum uirum barba deceat approbatum. Vnam tamen adhuc rationem afferunt, ut qui modo tam studiose Siculi esse contendebant. Romani nunc demum esse uideantur. Suspiciantur enim horum pleriq; barbas ideo à Romanis Pontificibus improbatas, quod Græci barbis plurimum utantur. Non decet autem, inquiunt, Romanum sacerdotem eorum habitū aut mores imitari, qui ab Romana ecclesia desciuere. Itaq; Barba reijciuntur, ne Hæretici, rebelles uel simus. Ad quæ quid aliud respondebo, nisi Accusatores nostros, bonos forte uiros, non enim iam amplius inuidos, non amplius rusticos, non amplius imperitos dicam: sed forte plus quàm probo necesse sit, simpliciores esse, qui putent barbas, quia Romanis concilijs addicere noluerunt à Latinis explosas, & Anathematis fulmine ictas, ubi ubi essent, locum prophanū, ac triste bidental effecisse. Miror unde ad istas uenerint opi-

DE SACERDOTVM BARBA.

runt opiniones, in quibus non dicam eos desipere,
aut delirare, neq; dementes esse: sed hæc quàm inania
sint ex eo manifestissimum esse, quod quum pleraque
aliæ Accusatorum nostrorum rationes risu exceptæ
sint, nulla maiori irrisione audita, quàm hæc à Græ-
citate differentia. Quod si ita, ut asserunt, Græcorū
hoc causa factum est: dicant obsecro cui nam Itolorū
hoc bono ceßerit, quid inde emolumentū Romanis
Pont, obuenerit: quum perniciofa illa discordia, tan-
torum fuerit malorum causa, quæ nemo queat sine
horrore maximo reminisci. Verum utinam, utinam
nostri illi maiores non ita rigidi contentiosiq; fuisset:
alij in quibusdam parui admodum momenti Ritibus
æquo forsā pertinacius retinendis, de ritibus inquā,
quia, quæ fidei sunt, alterius sunt indaginis. Alij san-
ciendis nouis, alij inueteratis, diuq; obseruatis mori-
bus modo abolendis, modo immutandis. Non enim
tanta Gentium, & Regnorum iactura facta esset.
Staret Græcia, starent Aegei Insule tot claræ, staret
Thracia, staret Byzantiij regnum, staret Asia uni-
uersa: neque tanto quum nostri nominis dedecore
occupata essent Hierosolyma, & ut recentiora uul-
nera refricemus, nō Bohemia, nō Germania, Christi
Vicariū, atq; adeo Deū ipsum aspernarētur. Quædā
enim in administrationē rerū sæpius occurrunt: quæ,
quum parui

IOANNES PIERIVS

quum parui momenti sint, facile uel concedi, uel tolerari possunt: quæ si pertinacius abneges, indignationem apud imperitam plebeculam asserunt. Indignatio mox excandescētiam, excandescētia diuturnior iram. Ira truces inimicitias, & funebre bellum. Hoc igitur assequuti sunt Maiores nostri, quum iusserunt Latinos sacerdotes barbam in Græcorum inuidiam rasitare, quo symbolo Romani à Græcis distinguerentur: ut tantum illi ac tale odium in nos, ea exulcerati dissensione, conceperint, quantum eo tempore ostenderunt: quum mala omnino inducti mente inter se dimicantes, Turcarū potius societates, & fœdera appetierunt, quàm auxilium nobis poscere, aut ultrò summissum admittere dignarentur. Atq; ita communiū hostiū perfidia decepti, proditiq; funditus perire, amisso regno, amissa patria, agris, templis, arisq; omnibus desolatis, prophanatis, euersis, nosq; casu suo statim in discrimen idē attraxere. Quibus, si quod nullius erat momenti indultum esset, adhuc longe lateq; uigeret Christianū nomen, neq; Tunica illa Domini inconsutilis in frust: a tot, uti uidemus hodie, dilaceraretur. Sed quid aliarum gentium damna, culpæ sue commemoremus, quū domi obprobria conspiciantur, quæ de Barbârum odio perpetuâ supremo sacerdotum ordini ignominiam peperere. Eò enim aliquando nostrorum deliciae processerunt: ut
huius

DE BARBA SACERDOTVM

Huius rasitationis ergo confusa quodammodo specie,
difficiliter Vir à scemina internosceretur. Hinc acci-
dit, ut mulier, si uera est, quæ per Ro. omnium ora fã-
bula circumfertur, in sempiternum Sacrosancti or-
dinis obprobrium, ad soli Pontificij maiestatem eue-
heretur: cuius facti memoriã Romanu locum adhuc
intento digito indicant, ubi summa illa Sacerdos, Pon-
tificalem induta trabeam, enixa pepererit. Quod ne
rursum accidere possit, inde institutum plerique om-
nes credunt in noui Pontificis ingressu eam Maiorũ
nostrorum imprudentiam publicare. In totius enim
populi conspectu, pro diui Ioannis suggestu, qui latiss-
simam, & eo solenni sacro omnium nationum Gen-
tibus confertissimam arcam despectat, cogitur nouus
Pontifex uirilitatem locupletissimis testibus appro-
bare. Resq; ipsa sacri præconis uoce palam promul-
gata, in acta mox refertur, legitimumq; tunc demum
Pontificem habere nos arbitramur: quũ habere illũ
quod habere decet, oculata fide fuerit attestatũ. Ista
inquam sunt, quæ de mollicie, & effœminatis mori-
bus eueniunt, quum nullum contra obprobrium, nul-
lum unquam dedecus ex barba processisse deprehen-
datur. Quod si sacerdotum mores corrigendi sint,
aut modo aliquo cohibendi, rectum est cauere, ne qui
tãta sunt dignitate honestati, ut Deo uero, summoq;
ministri assistant, uilibus dedecorentur: aut artibus,

IOANNES PIERIVS.

aut officijs, Cauponariam non exerceant, nauticam
nō attingant, cum sica, aut armis alijs non prodeāt,
uirgatis non utantur sagulis, aut ueste quapiam uariegata,
uel nimium breui, omnia illa denique summo-
moueant, quæ uel leuitatem, uel ineptias, uel impuri-
tatem arguunt. Quarum quidē rerum curam si Ac-
cusatores nostri suscepissent, ne illi ab omnibus sum-
mopere commendarentur. Sed dum barbam præci-
pue student amouere, quæ plurimū dignitatis affert:
non modo laudem non promeruerunt, uerumetiam
ignominia, morositatis, superstitionisq; notam in se
contraxere. Quod quidem à me nō ideo ullo dicitur,
sed, quia moleste fero ingenia quædā, alioqui magna
& elegantia, doctrina etiam, & uitæ probitate, ne
sua quenquam laude fraudem, excellentia, ab insipi-
entibus nescio quibus sub quadam bonitatis specie de-
cepta, tanta contentione, pertinaciaq; in tam leues,
ne dicam ineptas, tamq; importunas nugas incidere:
quumq; multa longe maioris momenti procuranda
sint, studium lucubrationesq; suas omnes in insectan-
dis barbīs exercere: quæ nulli hominum neq; Deorū
iniuriam faciunt. Neq; enim est, ut nouis quorun-
dam Præsulum prouincialium legibus sese tueri ag-
grediantur. Quæ si quauis etiam mortalium firmitate
corroboratæ essent. Etiam si summi alicuius Pontifi-
cis consensus accessisset, ueriores tamen adiuuenta ra-
tione,

DE BARBA SACERDOTVM.

tionem, quotidie possunt abrogari, corrigi, cōmutari. Leges enim, decretaq; & institutiones pro re nata, quotidie summus Pontifex, & prout rerum usus expetit, suadet uē temporum uarietas, de fratrum consilio, uel de plenitudine potestatis corrigit, tollit, condit, sancit, & quæ illis, uel uni ipsi Principi placere, ea pro lege habētur. Summi uero Legumlatoris præcepto sanctissime cautum est, Vt lex quæq; nouissima priorem aboleat. Sed quamnam de gestanda barba manifestiorem, sanctiorem uē legem queritemus: quam eam ipsam, quam nobis exemplo suo, hoc eodē tempore Iulius secundus, & Clemens septimus Maximi pontifices exhibuere. Placuit enim Iulio aliquandiu gestare barbam: placet etiamnum Clementi: placet Cardinalium Collegio sacrosancto: placet præsulibus alijs, placet maioribus, atq; minoribus Sacerdotibus. Et nos alia Concilia, quæ tamen nulla sunt, morabimur? aut leges infirmas, uel iā antiquatas renouare meditabimur? Quū hæc uiua lex hodie passim uigeat, & passim obseruetur, & pro lata comprobataq; locorum ubique iam in usum deducta sit, & plausibiliter adamata.

Apud Venetos, apud Picentes, Brutios, Calabros, Siculos. Apud Campanos, Romanos, Etruscosq; & alios plerosque Italiae populos: ut quæq; ciuitas sanctioribus, honestioribusque legibus, & moribus

IOANNES PIERIVS

instituta est, uxorem alienam, filias uel exosculari flagitiosissimum habetur. In prima tamen eiusdem Italiae regione, inter Padi fontem & Dorias, per omnes inde Allobrogum alpes, & quaqua populosissima Gallorum urbes, & oppida, uicique inter Pirenem & Rhenum, ad occidentalem usque Oceanum dilatatur: usque adeo haec exosculandi permissa licentia, ut cum hospitis, uel amici cuiuspiam domum intraueris, nisi quamprimum uxorem eius, filias nuptas, uirginesque singulas in complexum receptas exosculatus fueris: aut rusticus, aut superbus, aut etiam hostis, iudicio eorum, tacitaque cogitationis sententia existimeris.

Quodque demum apud nos summo datur dedecori, apud illos humanissimis adscribitur hospitalitatis officijs. Tanti est consuetudo, & longa annorum serie recepti mores: ita plerisque in ciuitatibus & regionibus quaedam non ita honesta, ex usu tamen, consuetudineque, & diuturna, firmaque populi consensione in legem abeunt. Vos honestissimum grauitatis & seueritatis uenerabilis morem, Pontificum, Summorum exemplis, Senatus, atque Populi totius imitatione susceptum tollere cogitabitis? Neque sapientissimi Principis dictum in memoriam reducetis, quod nulla non die praemanibus habetis.

Eos, qui aliter uiuere uolunt, quam se habeant mores eorum, inter quos uiuunt, suspiciosos, aut intemperantes haberi.

DE BARBA SACERDOTVM.

Quod si Legiuni, qualis qualis ea sit, corruptæ quippe, infirmæ, atq; uacillanti insistendum cura ueritis: nōne uidetis grauisimas eorum contra uos stare sententias, quibus Legum interpretandarum, condendarumq; summa autoritas. Nam qui sententijs suis uniuerso terrarum orbi iura dicūt, quam de sacerdotum barbis pertulerint legem, cōspectu ipso longe manifestius indicant, quàm si tabulas ex ære præfixissent. Sed facite crimen hoc esse. Facite, tametsi non liquet, Alexandri III. eam fuisse mentem, quam impressi Codices inuulgarunt. Facite detestabile scelus existimari. Interesse sacris non liceat barbato Sacerdoti, non tueri lucem, nō in hominum cœtu conspici. Atq; etiam, uti cēsetis, deportandus sit, aut in perpetuis carcerum tenebris detinendus. Age age, incipiant Oratores uestri reos agere, de summa rei tandem experiri, ad iudicum tribunalia nos omnes accusare, Bona nostra proscriptionibus destinare, & quæcunq; in rebelles, & perduelliones fieri solent, omnia meditentur. Verū ubi, ubi iudices erūt, apud quos causam agant? qui crimen agnoscant? qui nos condemnent? Volo grauisimos, uolo sanctissimos adeant: atq; eos quidem, quorum sententijs, atq; arbitrijs non plebs tantum uniuersa, populusq; omnis, uerum & Senatus, & potētissimi quiq; Principes stare compelluntur. Est hoc Duodecimuirale iudicium

IOANNES PIERIVS.

Sub Rotæ nomine in Pontificio palatio iudicandis li-
tibus constitutum. Cuiusmodi olim, florentibus Græ-
ciæ rebus, Amphictyones erant, qui de iure uniuersis
gentibus respondebant. Ita & nostri omnibus totius
terrarum orbis nationibus ad eos confluētibus iura
dicunt, neq; cuiquam amplius licet ab eorum senten-
tijs prouocare. Tanta autem hijs autoritas Pontifi-
cum, Regumq; omnium consensione attributa, ut,
etiam si leges contrā manifeste reluctentur, horum ta-
men stetur interpretationi. Hos inquam Iudices adire
necesse est, ut de summa rei peragatur. Ecce igitur
nos minime contumaces, minime uel fugitiuos, uel e-
mansores. Sponte ad sistimus Iudicio. Nihil opus est,
sitis de uinculis inijciendis solliciti. Incipite iam Iudi-
ces appellare. Ecce uobis uniuersum collegium, in
quod nemo unus cooptatur, qui non & probatissimæ
uitæ sit, & iuris consultissimus. Quid moramini? quid
alter alterum inspicitis? quid hæsitatis? quid etiam ru-
bore confundimini? An quid demum dicere debeat
ambigitis? Vbi nunc uestre Accusationis initium il-
lud. Nouum crimen, & ante hæc secula inauditum?
Nimirum uestram demū imprudentiam, & quæ in-
dumeta correperitis, iam dudum agnoscitis, qui ne
Iudices quidem inuenturi estis, qui non ante contra
uos sententiam ferant, quàm effari incipiatis, nisi ue-
litis ijde esse, & accusatores, & iudices. Videtis enim
si contra

DE BARBA SACERDOTVM.

si contra barbas apud barbatissimos uobis agendum sit, uestrum stuporem ludibrio, derisuiq; omnibus futurū? Neq; est, ut bene sentire uos solos, tris numero, aut quatuor ad summū, opinemini. Voluntas hæc uestra est, nō iudicium: putātq; omnes, qui prius error in uobis fuit, nunc inspecta ueritate, destinati animi superbiam esse, ne scilicet male aliquando sensisse uideamini. Sed enim desistite iam nimium satagere, & quæ moribus hominū conuenire conspicitis, uos etiā approbate. Aut si adeo molles estis, ut uirū præstare nequeatis, æquo saltem animo tolerate, inueniri aliquos, qui, quod deceat, etiā præstent. Intelligitis iam, si lege agere uolueritis, quorsum res sit euasura. Si de honesto, nullam in uirilis oris leuitate honestatē esse. Si de moribus, apud summos quosq; uiros consuetudinē hanc ita receptā, ut iam in legē abiisse uideatur. Spectate obsecro amplissimos nostri Senatus proceres, quorū consilio, prudentia, sanctissimisq; institutis humanæ, diuinæq; res omnes, terrarū ubiq; quæquæ uiget Christiana pietas, administrantur. Qui sacra, cerimonias, religionemq; omnem sanctissimè tuentur, uerumq; Dei cultum, per manus à maioribus traditum, quæ ratione ritè debeat obseruari, docent. Inter quos alios uideas (nota manifestaque omnibus commemorabo) quorum eloquentia nihil castigatius, quorum sententijs nihil sapientius,

IOANNES PIERIVS

Quorū mente nihil grauius et moderatius. Alios legū,
 consuetudinū, & rerum honestarū iustarūq; om-
 nium cognitione insignes, alios Philosophicis, alios
 Theologicis disciplinis consumatissimos, uiros inq;
 tum grauissimos, tum integerrimos, atq; hos quidem
 Hebraicis, Græcis, Latinisq; literis eruditissimos:
 quiq; nihil extra numerum facere consuerūt, in qui-
 bus agnoscas earum rerum omnium, quæ ad Dei op-
 timi maximi cultum & reuerentiam spectant, raris-
 simam sanè pietatem, & incomparabilem obseruan-
 tiam. Et tamen hij barbam gestant, id pro existima-
 tione sua, haudquaquàm admissuri, nisi eam & Sa-
 cerdoti congruere, & honesto probosq; uiro digni-
 tatis asserre plurimam intelligerēt. Deniq; inter hos
 tantæ celebritatis uiros uix duos aut tris inuenias, qui
 barbæ nō sit maiestate, ut dignum re uocabulū enun-
 tiem, decoratus. Atq; hos si perconteris, cur non &
 ipsi barbam retineant, omnia alia causabūtur potius,
 quā dicere audeant, eam uiro sacris initiato, uel inde-
 coram esse, uel ignominiosam, ueritatē enim suis met
 præferre moribus minime dubitabunt. Quid uero cla-
 rissimos alios uiros, Archiepiscopos, Episcoposq; li-
 teratura, usu rerum, religioneq; insignes in exemplū
 adducam? quos imperitos dicere temerarium est, im-
 probos suspicari impium, contumaces accusare ru-
 sticum; qui tamen omnes barbati sunt, neq; se contra
 leges

DE SACERDOTVM BARBA.

leges, aut bonos mores quidquàm hac de causa facere
suspiciatur. Sunt & alij grauisimi sapientissimiq; uiri,
qui Diuinæ adscripti militiæ Sacerdotiũ profitentur,
quorum optimus quisq; barbatus identidẽ reperitur.
In omnibus demum Theologorum scholis cõcionato
res intuemur: qui pietatis nostræ iura aduersus im=
pios defendunt: qui bonos mores docent: qui à uitijs
mortale genus absterrent: qui quæ fugienda, quæque
sequenda sunt, omnia commonstrant: quorum quidẽ
ingentes, uenerabilesq; barbas cum aspiciamus, totidẽ
Sanctorum hominũ facies uidemur admirari. Et au=
debit quispiam leges potius alias, quàm horum om=
nium exempla pro legibus citare. Quum manifestũ
sit hos nihil quidquàm tale facturos, nisi hoc piæ reli=
gionis simulacrum existimarent: aut uiri honesti mo=
res imitari se arbitrarentur. Faceffant igitur Ac=
cusatores nostri, faceffant, idq; demum crimen suspi=
cari desinant: quod proborũ, ut palàm est, omnium
sententia intra laudatorum morum terminos conti=
netur. Quiq; legem nuper contra barbas latam asse=
uerabant, Legem eam primo non esse, inde, si foret,
Iulij, Clementisq; summorũ Pontificum exemplis illi
satis superq; abrogatum intelligant. Quod si quis
fieri potuisse pertinacius abneget, omnes condenda=
rum legum rationes identidem abnegabit. Nullã Po=
pulo sciendi copiam relictam, nullam Magistratibus

IOANNES PIERIVS.

edificendi, Senatui nullam consulēdi, nullam ipsis rerū dominis Pontificibus summis imperandi, decernēdi, sancientiūve superesse facultatē. Siquidē posse summum Pontificē negant, uniuersi Senatus exēpla contemnunt, Conciliorū institutiones decretaq; reijciūt. His deniq; calūniatoribus nostris intra oleam nihil, extra nucē duri nihil inuenitur. Quod si qua Principibus, si qua Senatui, si qua Concilijs autoritas permessa, integra, inuiolabilisq; manet, latis olim, obseruatis diu, hodie uero maxime renouatis eorum legibus barba Sacerdotibus debetur. Quæ nisi plurimū faceret ad religionem, ad mores bonos, ad grauitatē, ad seueritatem, nunquā eam non abradendam esse Concilia decreuissent. Nunquā sacerdotij Principes passi essent facies suas ita barbata tabulis, auro, argento conspici, barbata Iulij tabula in aede populari dicata est. Barbata Clementis facies nummis aureis, argenteisq; quotidie cutitur. Hij uero, qui nos tā male accipiunt, uexantq; contumeliosissimē, non intelligūt dum barbas damnant, Pontifici summo, uniuerso Senatui, Præsulibus, & grauissimis quibusq; uiris se conuicia facere. Antiquorum moribus, & sanctissimorū hominum institutis illudere, damnare Petrum, damnare Paulum, & collegas eorum, ab ipso Assertore nostro comites electos improbare, Christo ipsi denique immodestiam obijcere.

Nimirum

DE BARBĀ SACERDOTVM.

Nimirū homine eo nihil quidquā inuſtius, qui nihil niſi quod facit ipſe, rectum putat. Sed quorſum hic omnis accuſatorum noſtrorum conatus? Quorſum barbatoſ à ſacris, à templis, ab hominū conſortio ſummouēt, exterminantq;? Quorſum tam multa turbant? niſi ut è cælo Ioannem Præcuſſorem: è Diuorum numero Iacobum apoſtolum, cognomento Iuſtum: è beatorum ſedibus Hieronymum eiſciant. Tot uero alios, quos uita piè, caſteq;, & integre peracta cælo intulit, unā cum hiſ, dicta eiſ Poſtliminio die, reos agant. Siquidem hoſ, ut cōtumaces, ut rebelles, ut bonorum omnium morum corruptores, criminantur. Quid enim aliud eſt ex horum interpretatione barbatoſ eſſe, niſi contumacem, & impium eſſe: contumax enim eſt, qui non uiuit ex lege, impius qui repellitur à ſacris. O miſerum igitur & infelicem Ioannem, qui fruſtrā Prophetarum uaticinationibus præmonſtratus, omnium maximus futurus erat: qui fruſtra genium fraudauit, uitāq; ſibi delegit duram & laborioſam, ſi nunc tantæ ſanctimonie uir imprecationibus impetitus perduellio decernitur, qui reliquorum molliciei, atque improbitati ſeſe dederere recuſarit. O male ſeriatum Iacobum, qui uitā ſemper egit integram, puram, intaminatam, continentia, moderationeq; ſumma cōmendabilē: ſi nunc ea de cauſa reus efficitur, quia tonſores, et balinea, et unguenta,

IOANNES PIERIVS

unguenta, deliciasq; id genus omnes, cane peius & angue declinarit. O calamitosum Hieronymum, cui nunc ob barbati cognomētum dies dicitur. Quid illi profuit Romanas omnes delicias, ut integerrimam uitam ageret, euitasse: corpus in Aegypti solitudinibus macerasse: ieiunijs, uigilijs, lucubrationibus cōtinuis uoluptatum omniū illecebras edomuisse: mortale genus omni scriptorum genere instituisse: si nūc non aliam ob culpam, nisi quia uirum exhibere uoluerit, causam ē uinculis dicere cōpelletur? Quis enim dubitet, si, qui nūc barbam nutriunt damnati fuerint, hos quoq; & alios huius habitus autores, eadem de causa ab accusatoribus nostris in discrimen idem euocariē. Hos autem si perconteris, quānam affectat e huius munditiæ causam afferant: dubio procul respondebunt, ne Sacrosancto Christi sanguine intinguantur pili. Clamare enim non desinunt, Sacro huic reuerentiam undecunq; præstandā. Sed quid obstat obsecro, quo minus tanto illi mysterio reuerentia præstetur, si homo Sacrificulus, Mas potius, quā scemina, ut Alexis diceret, uideatur. Ille enim nullū inesse pilis crimen, quod Deos offendat, ait, quorum quidem officium est, ut per eos unusquisque nostrum se uirum ostēdet esse. An uero pili tam prophani, tam sordidi, tam detestabiles sunt, ut Sacrum id attingere non mereantur. Cæterum ungues, digiti etiam interdum scabie pu-

DE BARBA SACERDOTVM.

bie putridi, uola, frons, cilia, cutis totius corporis reliqua sacrum non inhoneste tangere poterunt. Sola barba Deo, ut isti putant, inuisa ab huiusmodi procul sacro summouenda: Atqui nō hoc iidem ipsi faciūt, qui talia tam sanctè præcipiunt facienda. Quē enim horum inuenias tanta sanctimonia, ne dicam simulatione, præditum, ut sacerdotum Aegyptiorum in morem quotidie rasiter? At nisi barbam uel quotidie raserit, uel à cute radicitus semel extraxerit, actum est. Altero mox die sacrificaturus pilis sacrum contaminabit, atq; in eodem erit crimine, cuius barbatos insimulabant. Non ea, inquit, immundities est diurni, uel hebdomadarij pili, quæ menstrui, quæ annui, quæ seculi alicuius. Ac si dicerent. Nihil quidquàm peccatis, qui Hebdomadarium, menstruum uel uitulum ieiunij tempore mensis apponit, sed qui grandiorem bouem epulatur. Ita prudentissimi accusatores nostri dicunt. Qui diurno, uel hebdomadario pilo Sacrum contigerit, nequaquam peccat, sed qui menstruo uel annuo prophanus est. Quæ quidem sententia & futilis est, & commenticia, neque satis digna, ut in ea confutanda uel minimū immoremur. Sed enim maxime uereor, ne sacrum hoc isti aliter, quàm accipiendum est, accipiant, ut pote qui putant id posse ex Accidentiū contactu contaminari, polluiue, aut prophanari. Diuina illa res est, ab omni humani corporis iniuria

IOANNES PIERIVS

iniuria tuta, ac longe, longeq; remota. Cuius arcu-
 num mente cogitationeq; percipitur, non sensu tan-
 gitur, & attrectatur. Neque illi quicquam aliud of-
 fensionem afferre potest, quam impurus animus, qui
 scelere non eluto assumere illud audeat. Reliqua, ut-
 pote pili, ulcerosum, tabidumue os, etiamsi animam
 uenenofo pestilentiq; halitu foetidam exhalet, ad Deū
 nihil. Sed iam pueriles horum fabulas, uixq; Ani-
 cularum commentatione dignas, omittamus: & quod
 graue, quod optimum, praestantissimumq; institutū
 est, barbas, qui uiri sumus, diligentissime custodia-
 mus: quum nihil omnino sit, quod barbam faciat abo-
 minabilem. Contra uero luculentia, rasilitasue, ut
 ita dicam, siue arte, siue natura cuiquam contigerit,
 aut uitium, aut improbitatem, aut aliquid, quod non
 ita laudes omnino praeseferat. At non decet, inquiunt,
 ut demum aliquid dicant, Sacerdotem animi tristitia,
 moerorem, aut luctū habitu profiteri. En acres Chri-
 stianae pietatis uindices. En hominem, qui se aliorum
 censores exhibent, grauitatem, atq; seueritatem. Nō
 decet, inquiunt, sacerdotem uirum quicquam praese-
 ferre, quod non hilare sit, & ridibundum, quod
 non festiuum, & scenicum, ne obscenum dicam.
 Sed faciamus hoc persuasum. Fuerit barba tristitiae,
 luctusq;, & afflictī animi signum. Moerendū Sacer-
 dotibus non esse, neque ullam cordis exulcerationem.

Epicu-

DE SACERDOTVM BARBA

Epicureorum in morem admittendam dicitis. O scæ
xeum pectus, O stuporem incomparabilem, O inau-
ditam animorum diritatem. Non est mœrendum,
hoc præsertim tempore, Sacerdotibus, quum nemo
unus hodie sit, qui ridere possit. In omni re chara,
ubi perdita fuerit, dolere natura cogimur: neq; ma-
trem quispiam, nisi mentis inops, in funere nati flere
uctat. Et aulæ Romanæ Critici delicatuli in nostris
met funeribus. In Italia totius euerfione. In Romanæ
urbis excidio, scædâque direptione. In totius Chri-
stiani nominis multiplici uexatione. In maximo un-
dique imminentium periculorum metu. In uniuersâ
demum orbis confusione nos mœrere prohibeant.

Iacet quantacunque est Italia in exustionis suæ ci-
neribus, neque pars ulla magis his absumpta flam-
mis, quam omnes Sacerdotij ordines. Sub cineribus
autem prunæ uigent ardentissimæ, quo paulò post
uidentur incendia longe maiora præteritis suscita-
turæ. Neque formidinem hanc licebit, si non tanta,
quanta par esset, uoce possumus, habitu saltem at-
testari: ut tanquàm depositi squallore hoc, & mise-
rabili fortunæ nostræ facie opem ab omnibus implo-
remus. At spectate obsecro hominum im-
portunatatem. Nos à tot Christiani nominis Prin-
cipibus deserti, habitique indignissime sumus, quo-
rum consilio permissuq; in tam calamitosam obiecti
prædam

IOANNES PIERIVS

prædam, capti ad unum omnes, quotquot Romæ fuerunt, fortunis & bonis omnibus expoliati, intolerabilibus tributis exhausti, per summam acerbicatem, & iniuriam miserrima quæq; perpeffi, nullū adhuc tantis calamitatibus finem intuemur, tam amicis quā inimicis in Sacerdotum bona, & ædium sacrarū direptiones quotidie magis irruētibus. Et hij nos perditissimo hoc, miserrimoq; tempore, in tantis Reip. tenebris, tantaq; rerum omnium perturbatione indignissimam erumnosissimæ sortis infelicitatē, ne quomodo lamentemur, sub Dirarū imprecationū metu uetare moliantur. Inhiat uniuersus terrarum orbis apertis faucibus in Italiæ uiscera: cuius quum iam sanguinē omnem exsuxerint, quantulumcūq; reliquiarū est, totum id demum absumere meditantur. Septentrionales enim Gentes ab Romanæ pietatis institutis, sanctissimisq; Patrum nostrorum præceptis, alienæ factæ Sacerdotes eiecerunt: templa delubraq; omnia prophanarunt: suumq; omnem uiolentum furorem in unos ecclesiæ Romanæ amicos effuderūt. Quaquā demum latis Germania campis exporrigitur, uix unū aut alterum populū inuenias, qui non sit pietatis uiolate tabe contaminatus. Occidentales uerò inter se tam diu, tamq; acriter discordes immensos Christiano sanguine lacus expleuerunt, & quasi crudele nihil tot atrocissimis prælijs actum sit. Tantum nunc peditum

IOANNIS SAPIDI.

peditum, tantum equorum, tantum nauium armātis
ut ni nos respiciat Deus, tamq̄; inueteratas indigna-
tiones emolliat, maximorumq̄; Principū discordias
componat, aut Clementem summum Pontificem, in
quo omnis huius concordie spes tam graui, tam diu-
turna, tam indigna ualetudine laborantem, pristinae
restituatur incolumitati. In tam magno calamitatū con-
cursu, nihil unquam miserabilius antea passa sit uni-
uersa Italia. Hinc autem Meridionales, Mauri, Nu-
midæ, Barcei piraticam exercentes: oram omnem
Italiae maritimam quotidianis incursionibus depræ-
dantur: omnisq̄; ea pars, quæ Tyrrheno alluitur, La-
trocinantium classibus infestatur, diripitur, desolatur.

Orientalis demum exercitibus tot in Europam
nostra magna cum clado immisis, Pannoniam omnē
cædibus, rapinis, & incendijs uastauere. Totq̄; ca-
stellis, & tot oppidis, tot populosis munitissi-
misq̄; urbibus occupatis, breui irrupturos se in Italiā
minutantur: ut quam nosmetipsi uia illis aperuimus,
ingressi, Christianorum militum exemplo diuina hu-
manaq̄; omnia uno eodemq̄; exitio uexent, uiolent,
perturbent, euertantq̄;. Et Censores isti otiosissimi,
rerum omnium securi: quia suæ tantum desidiæ con-
sulunt, quasi magnum collabētibus Christianæ Reip-
rebus auxilium allaturi, de delicijs, de luxu, & igna-
uia, de cute curanda, depilandaq̄; cogitabunt. Satisq̄;

D

IOANNES PIERIVS

nobis consultū existimabūt, si qua parte uirū ostendimus, nosmet effœminauerimus. Hos ego nimirū ualere iusserim, & ab honestorum consortio summotos ablegandos aliquò, ubi posthac ignoti delitefcāt: & sua, quam tanti faciunt, ignauia perfruantur. Nihil nos in eos grauius deccrnamus, neque enim illis quietem suam inuidemus, neque illos odimus: quod sibi adeo delicati sint, dūmodo bene, grauiterq; institutos mortalium mores labefacere non audeant, neq; possint. Sed quid ego plura contra rasitationis molliciem uobis disseram: si ex antiquorū institutis sanctissimisq; preceptis ratio uobis allata est, quur barbam omnino promittere debeamus: ut Christi scilicet, & eius discipulorum, totq; aliorum integerrimæ uitæ Patrum exempla nobis sequenda proponamus: opprobria, & ignominiosos cuentus, molliciei suspicionem, & calumnias euitemus. Viri deniq; potius quàm fœminæ uideamur. Nam quid Barbæ demum nos pudeat. Si, quid barba sit, & ut grauem, honestumq; uirum deceat ostensum. Si, quam ad Sacerdotis dignitatem existimationemq; faciat exploratum. Si lege naturæ necessariam, Lege scripta, Deo gratam, Lege gratiæ, nusquàm improbatam reperiimus. Si redargutus est aliter sentientium error: si de pœlluendo sacro ambiguitas sublata, nec eam quidquàm

DE SACERDOTVM BARBA,

quàm officere arcani mysterij nostri reuerentiæ com-
probatum. Si summi nostræ pietatis principes legem
hanc de non abradendo aliquandiu destitutam, no-
bis exemplo suo sequendam proposuere. Si subsecu-
tus est non tacitus, non obscurus, sed uulgatissimus,
apertissimusq; totius senatus, populorū, nationumq;
penè omnium consensus: qui passim in eadem persta-
re sententia conspiciuntur. Quir obsecro nō rationi
potius, quàm abusu, non exemplis laudatorum, &
illustrium hominum potius, quàm superstitosorum
quorundam opinionibus adheremus? Quod si mihi
dicundæ sententiæ concedatur locus, censuerim ego
Votum perpetuum nuncupandum, ne quispiam in
posterum Sacris initiatus barbam tollat, sanctissimo
rum Patrum more, qui gratissimum hoc Deo donum
intelligentes, ita uocabant, quum se illi maxime con-
ciliare procurabāt. Quippe, ne Deum rursus aduer-
sus nos concitemus, quem ob huiusmodi delicias, &
quæ hinc resultant, effœminationes, ob luxum hoc ge-
nus, & molliciē, ob huiusmodi cutis curationes, ustu-
lationes, abrasus, uolsionesq; indignatum: atrocissi-
mas eas in urbē Romā, quas adhuc ppetimur, calami-
tates immisisse, facile credendū. Ideo iussisse bona diri-
pi, sumptiosiores ædes uel euertere, uel incēdi, multaq;
nimis lasciuentiū animorū oblectamēta submoueri.

Verum,

D 2

IO. PIERIVS DE SAC. BARBA.

Verum, ubi nos ad meliorē mentē rediisse conspexit,
& unumquemque nostrum & uirū se esse, & sacris
initiatum meminisse, castigatoq; luxu, delicijs con-
temptis, mollicie procul ablegata, barba demum, quā
passim omnes promittere cœpimus: uirilī, & con-
stantis animi propositum testatos, mitigatum, dura
illa, & acerba incommoda in mitia, atq; mollia uer-
tere cœpisse: & tandem aliquam diuturnis cladibus
finem polliceri. Quod si priora illa repetere cogi-
tauerimus, maxime uereor, ne atrocius, & implaca-
bilis ille mox indignatus nobis ita succenseat, ut nul-
lus amplius futurus sit inde precibus locus, auersisq;
à nobis luminibus, sit omnes calamitatum habenas re-
missurus. Atq; ita qd' ipse idem auertat, uniuersus hic
concitati ad credulitatem Orbis totius furor in ex-
tremum ordinis nostri exitium conuertatur. Ac de-
mum funditus, tam nostrorum impietate,
quàm alienigenarum imma-
nitate, truculentiaq;
deleamur.

Ioannes

SYLVA EPISTOLARIS, SEV
BARBA IO. SAPIDI.



BARBA VIRI ORNA-
MENTVM.

D 5

IO. SAPIDVS MATERNO
Hatteno suo S. D.

HAbe tibi tandē, mi suauissime Hattene, Barbā,
seu potius nugas meras, importunitate precū
tuarum à me impetratas: quas octauo abhinc, ut opi
nor, anno, quum adhuc Selestadij in patria mea es
sem, ad Paulum Volsium mihi longo tempore mul
tis nominibus charissimum, hic Argentorati tum
agentem, effusas magis quàm scriptas transmisi.

Emendavi quaedam, pauca expunxi, & nonnulla
adieci, quod ideo feci, ne tu tibi ex alienis ineptijs ma
lum parares: nam quod ad me attinet, ego utrobique
securus, nihil mihi hinc nec spero, nec metuo, non
quidem compendium laudis, neque item fame di
spendium: totum tuum erit quicquid de hoc carmi
ne ab eruditis lectoribus statuetur: neque id iniuria,
quum iam tuum sit & meum esse planè desierit.

Vale nostri, ut soles, memor. Postridie

Calendas Martij. Anno.

M. D. XXXIIII.

Errata in Carminibus.

D 4. fa. b. uer. 5. Seu. D 6. fa. a. uer. 4. lis. & 11. sit. D. 7.
uer. 7. sublata. D 8. fa. a. uer. 13. leuore. E fa. b. uer. 3. os
inueste & 18. allia. uer. 20. tondetur. F. fa. b. uer. 19. au
resq; F fa. a. uer. 14. arci. & ibid. uer. 9. ne. E 3. fa. uer.
25. urbe. E. 7. fa. a. uer. 4. audiret.

IOANNIS SA

PIDI SYLVA AD PAVLVM

Volſiũ, Curia Hugoniana Abbate.



Aetenus adstrictas non ulla lege
tabellas

Misi Paule tibi, iam dudum for-
sitan illis.

Obq; ruto nimium, nimium cupi-
doq; modorum.

Ceu purgat stomachosa nouo fastidia gustu.

Qui satur est una repetita saepius esca.

Sed quid ego potius perscribam ad te, nisi de te?

Quinta dies agitur, quod in aula (proximus illam

Membra terebratus, qui Christi fingitur instar

Diuus templa tenet fabrorum nomine dicta)

Publica coena fuit, mediocri structa paratu,

Qua, nosti morem, ueneratus, quod fuit auctus

Prole noua quidam, quam paucis ante diebus

Extuleram sacris ablutam compater undis.

Indulget patrio genialis more caterua

Et Cereri & Baccho, passim fumosa resultant

Vocibus illis clamoso hypocausta tumultu.

Ac ubi nos inter foecundos ualidius aequo

Incaluissimus calices, mustoq; madenti

Proluti egregie, tum coepimus esse disertis

illoto sermone, loco nec tempore digno,

D 4

B A R B A

Fuste quidem digni, sacris de rebus agentes.
 Planè suaueolens ibi miscebatur aroma
 Vili lenticulae, quæ res me penè necabat
 Quærentem causas abitus, nullasq; prehentem
 Siue clàm siue palàm, sic me temulenta uirorum
 Cinxerat inclusum differta turba coronæ.
 Iam multis ultrò, citrò, sursum atq; deorsum
 Questis, responsisq; tui tum mentio forte
 Incidit, at bene non memini quo præbita casu
 Hic sarctor, tantum facie mihi notus & arte.
 Quam exercet, quo non aderat cerebrorior alter
 In conuiuiarum numero, nuperq; renatæ
 Religionis atrox, & inexorabilis hostis.
 Ut cuius professores uehementius odit
 Et cane & angue, mero iam tū magis uuidus hausto,
 Quàm fuerat Centaurorum sæuissimus olim
 Eurytus, infando turbans conuiuia bello.
 Ille inquam sarctor, causam arripiens sine causa,
 Quæ non absentem plenis conuicia plaustri
 In te conuexit, uocitans uappam, nebulonem
 Iliaden, Lernam, mare, thesaurumq; malorum.
 Archilochus uates, placidus collatus ad illum,
 Ad laqueum qui mordaci pertraxit Iambo
 Vxorem & socerum, fuit & sine dente Theon Hic
 Quàm uix, ex alto luctantem erumpere bilem,
 Corde tamen pressam teneo, tandem bonus ille
 Postquàm

IOANNIS SAPIDI.

Postquam plus satis atq; diu latrasset inepte,
 Et, tanquam sibi pugnatum foeliciter esset,
 Hosteq; deuicto prædam retulisset opimam,
 Intuitus cunctos toruis, qui aderamus, ocellis,
 Nullius hortatu motus, sed sponte quieuit.
 Iamq; loco tandem respondendi mihi facto.
 Sic inquam, gestum, uultum, uocemq; serenus.
 Parcior ó mi uir, bona uerba, memento quod ingens
 Sit scelus, absentum Genuinum infigere fame.
 Dic, quando, multis habitus mihi Volsius annis
 Integer, eximiusq; omnis sectator honesti,
 Cuius eum uicij traducis, adulterij ue
 An læsæ maicstatis, furti, ambitionis,
 Cædis, auaricie, luxus, plagij ue patratæ,
 Aut alio de quo debet suspectus haberi?
 Ille ibi, sed nihil ad Bacchum facientia prorsus,
 Nescio Stentoreum quid clamans, multa remugit.
 Ac ubi uel minimi uidit non posse reuinci
 Criminis, inculpata tuæ miracula uitæ.
 Esto, ait, illorum quod non teneatur, & ipse
 (Verba eius repeto) sanctis sit sanctior ipsis.
Quis tamen à mento profusam in pectore barbana
Non ægre ferat? hoc uel solo nomine dignus
 Pensilis arenti qui fiat ab arbore, barba,
 Non laqueo, nexus, quam non hominum sine magna
 Multorum offensa, & contra monachalia iura

(a' & origo Opus
 mi)

B A R B A

Capri instar pascit, nec circumferre ueretur.
 Olim turpe probrum, nunc laudi ducitur illud.
 Dixit, & absorbere hæc me catapocia iussit.
 Accipe nunc quàm festiua talione regestum
 Id sit, & ut ueluti canis iecta refugerit illhinc.
 Hoc, inquam, dudum, semper studiosus ubiq;
 Scire requisivi, quanam ratione caprinum
Sit pecus inuisum sarctoribus, ut quibus ipsum
 Ad nomen pallor subit ora: sed hæc ea certe est
 Hæc Helene, quod habent hirsutam nobile barbana
 Naturæ gestamen, at hæc non sentio cur uos
 Tam male discruciat, nisi quod fortasse timetis.
 Ne, si quando (uices ita rerum tempora uersant)
 Ut iam trita uiris olim non cognita, sic &
 Consuetudo genas hircorum expungere mandet,
 Nec detondendis tonsorum suppetat usus.
 Tum iubeat ratio uos partem ferre laboris,
 Quod non artifices tonsoribus aptius uili
 Respondent instrumentorum, artisq; respectu.
 Quæ longum memorare foret, nimiumq; molestū.
 At quia (non puto te, sed multos esse quis ibit
 Inficias rogo?) caprinæ præsegmina barbæ
 Utilitate carent, & dulcis amica lucelli
 Furta, quid hoc impingo uolebam dicere frustra.
 Rem uobis faciant, quæ sæpe rapacibus, inter
 Forficibus, plusquã satis est pro ueste, secandum,
Clam

I OANNIS SAPIDI

Clàm dominis auferre suis, scis ipse, soletis.
Quo lucro, siue solliciti, ne forte supremam
Res uestre ad restim ueniant, depromitur illa
Non his de lana, sed spes odiumq; caprina.
Quale nouercales animos non imbuit ullum.
Ad quæ quum nihil hic uellet, uel reddere posset,
Conuiuis quoridendi foret amplior ansa,
Maiori q; tuus censor crude sceret ira,
Incipio uarijs sermonibus esse molestus,
Laude uehens barbam, & uicio dans leuia menta.
Quod ueluti crista fit gallinaceus alta
Conspicius, tum gemmiferis Iunonia pennis
Commendatur auis, præbent sua cornua ceruo
Ornatum, quid opus multis, est prorsus eodem
Pacto barba decus sexus insigne uiril.
Ille ibi non passus me dicere plura, tu opte
Non, inquit, uiuam, nisi te iugulauero telo.
Nam planè facit hæc pro me sententia, nescis
Ponere onus capitis rapidos, ut inutile ceruos
Defluere, & tractum caudæ pauonis inanem?
Sic quoq; barba uiro cadat, expunctisq; genarum
Setis, se tonso spectandum prebeat ore.
Finierat, dictis ad quæ sum talibus usus.
Quod ceruus, pauusq; suo priuantur honore
Naturæ ius est, & incuitabilis ordo,
Quæ ludit miris operosorebus in orbe,

Barba decus
uirium.

Munera

B A R B A

Munera dispensans arcanis singula fatis,
 Quin potius memorata datos animalia cultus
 Perpetuis malint se posse tenere diebus,
 Indicium cuius de se dant ipsa pericli,
 Nam spectabilibus ceruus iam cornibus orbis,
 Seruat inaccessæ loca sentibus obsita sylvæ,
 Immensumq; dolet frontem truncatus inermem.
 Pauus item amissis oculis stellantibus Argi,
 Obscuras pudibundus amat moestusq; latebras,
 Donec agant iterum teneras noua germina pennas.
 Exuuias & uaginas animantia quædam
 Abijciunt, sed cognatæ ui legis adauctæ.
 At semel ut cœpere uiri pubescere malæ,
 Et barbam ueluti pulchros protrudere, floreis,
Perdurat decor ille, nec ullo tempore certo
Rursus abit, sed foecundo fit honestior auctu.
 Hanc ita naturæ solers industria dotem
 Esse uiro dedit, ut uoluit quod foemina leue
 Os gerat, hinc ipsam barbatam occurrere dicunt
 Auspicij esse mali, si sit modo barba uocanda
 Foemineas (uelut est aliquando cernere) malas,
 Quædam rara & parua pilorum imitamina tantu
 Mittere, sed si res dirum prænunciat omen
 Certam naturæ seriem quæ prouenit extra.
 Cur non imberbis pariter uir dira minari
 Dicitur occursum, barbæ cui plenus habendæ

Dudum

IOANNIS SAPIDI.

Dudum annus fuit? hic quoniam lanuginis exors
 Plusq̄ cum tenera mulier lanugine monstrum est,
 Quin quanto mage monstrificum, muliebriter ultrò
 Tonsam subtili faciem caluere nouacla.
 Præterea, quando nos commentitius oris
 Oblectat splendor, cur non quoq; foemina barbam
 Adsumit falsam, suaq; induit ora rigore.
 Sed tam nulla leuis iuuet os quàm ferre comatum
 Et nobis sit honos glabris & mollibus esse.
 Intulit ille, malum non est quod temporis ingens
 Induxit spacium, quo totus & utitur orbis.
 Quid quod mille uiros inter uix unus & alter
 Est cui barba alitur, mala significatio facti
Criminis (ut uulgo perhibent) olimiue patrandi
 Dixit, & hæc nullis posse argumenta reuelli
 Verborum phaleris clamat, poscitq; repente
 Me sibi responsum, cui tali uoce renitor,
 Sed cur prouerbi non hic simul es memor huius
 Nequis (leticiam quæ uox Germanica signat) }
 Hy dicat, fossam nisi iam transmiserit ante. }
 Audi, tam nihil absurdum est, uenerabile quod non
 Longa facit consuetudo, quæ mentibus aufert
 Iudicium humanis, ne possint uile lupinum
 Noscere quis dirimat precioso limes ab ære.
 At non idcirco, quodcunq; recepta uetustas
 Obtinuit, rectum est, nam non mutare liceret

*Barba significat
 uel
 in patrandi uel
 patrandi reuini-
 nis.*

Quod

B A R B A

Quod semel inductum temere aut ignauiter esset,
 Vel saltem latus in melius male lintea passa
 Vertere, cum (res euentu tibi nota recenti est.)
 Multa uides priscis sub progenitoribus orta,
 Et multos summa cum relligione per annos
 Obseruata quidem, sed nostro tempore partim
 Damnari, partim penitus sublata ■ rescindi.
 Hic neq; me, quā fers, in sulsa parcemia torquet,
 Barba mali quod non uanus sit pectoris index.
 Quin mihi dic bone uir, gnatus qui iussa capeffit,
 Et pariter nutum peragit mandantis ad omnem.
 Aut qui non modo contemnit praecepta parentis,
 Verum etiam contra uiolento nititur ausu,
 Vter commissi committendi ue reatus
 Taxetur potius? uos quorum guttura circum
 Ferre solet chalybem peracutum tonsor adulans
Vos inquam uestrae facitis iura irrita matris
Naturae, hanc & sacrilego contemnitis usu
 Tondendi, quae nil magno sine pondere sanxit.
 Inunc, atq; meis barbatis obijce culpam,
 Quam iam parturiunt, dudum peperere ue, si non
 Iure tuos longe potiore cohaeret in istos
Semiuiros ora implumes, cultroq; nouatos.
 I cane, non tibi dum superato encomion hoste,
 Ducq; triumphales per Teutona moenia currus
 Finieram, ille parum mussans, sic deniq; fatur.

Audio

IOANNIS SAPIDI

Audio uos, quos captanda suis anxia fame
Pertrahit ad libros habiti quo nomine docti
Estis, & à populo, qui uobis non secus atq;
Bestia fastiditur iners, ceu numina culti.
Audio uos ipsos inquam, sermone probatis
Iam ueteri legere in scriptis, adcoq; fateri
Barba uiros quod prudentes, rerumq; peritos
Non faciat: nam non dubito, nisi uisa fuisset
Res in amœna sibi, quisquis fuit ille uirorum,
Barbatos neq; tam dicto pupugisset acerbo.
Ergo tibi, cur egregijs tot laudibus, oris
Immunda asperitas offertur, idemq; politum
Et liuore nitens, parte execraris ab omni?
Dixerat hæc, iterum cui talibus obuio uerbis.
Est aliquid fateor quod ais, sed ephippia certe
Hæc nostro non sunt imponier apta caballo.
Nam nos non agimus, quos possit reddere fructus
Barbitium, an sit huic semper sapientia iuncta.
Sed deceat ne uiri formam, ceu libera crime
Matronam facies, neq; enim sententia uili
Hæc ipsum pendit, sed eos perstringit inani
Qui specie ostentant, quod res nõ exprimit ipsa.
Hinc pariter sapiens barbatenus ille uocatur.
Qui nequit id præstare, quod est se posse professus,
Et si nulla sibi coma contegat hispida buccas.
Vt si quis medicus, quam iactat, nesciat artem,

Aut

B A R B A

Aut monachus uitæ, si sit quam uendit at, impar.
 Nam quo ditior elatis sit gratia uerbis.
 Non semper manet is sensus, quem sermo requirit.
 Sic quoq; uulgus habet passim dictoria multa,
 Quorum uis longe est aliena à uocibus ipsis.
 Exemplo tibi sit. Non est leuis atq; parata,
 Si dicas, ope uulpina uenatio uulpis.
 Hic aliud sonat os, aliud mens concipit ipsa,
 Nempe quod in promptu non sit, dare uerba potenti
 Technarum, tamen haud ego pernego posse notari
 Hoc dicto simul hosce, quibus propendet ab ore
 Barba, huius sibi prætextu popularis ut aura,
 Et famosa piæ ueniat persuasio uitæ
 Quales, nescio quæ nobis spontanea fingit
 Paupertas hodie, quales pariterq; uidemus
 Quos gens Bardiacis male prodigiosa cucullis,
 Illa nimis defectæ immania pondera terræ.
 Scilicet apposito conuersos nomine dicit,
 Qui quoduis potius sunt, quàm quod fronte fatentur.
 Adde uel hos, acies quibus it per utrunq; labelli
Supremi latus emissis crispata capillis,
 Quo uultu necis intrepidus, belloq; feroces
 Ostentent alijs sese, multumq; tremendos.
 Ast ubi cominus ingruerit Mauortius horror,
 Et iam uulnificis miscentur prælia telis,
 Cursibus abiecta ceruinis ocyus hasta

Diffugiunt,

IOANNIS SAPIDI

Diffugiunt, proprij metuentes corporis umbram.
Nemo tamen sanus, barbam culpamque abusus,
Sed magis hos tali qui se sub imagine celant.
Ut si concubitus experta puella uiriles
Hinc infame timens floris sibi nomen adempti
Virgineo redimat se, non bene prouida cultu,
Deferrique pudicitiae sibi poscat honorem,
Non ornamentis crimen, tamen adfricat illud.
Sic & abutentis labem non barba capebit.
Sed redeamus ad inductae primordia causae.
Iam satis atque satis manifesta luce probauit,
Et reuocabilibus nullo sub iudice signis,
Quod foecit natura uiri barbescere mentum.
Quo corpus dos, non animu, tam pulchra uenustet,
Et sic qualis erit qualis uir cumque bonus ue,
Seu malus, aut prudens, hebeti seu stultior agno,
Attamen hunc barba facies exculta decebit,
Dummodo non quicquam, ut dixi, sibi uendicet illa,
Sed summo quia naturae rerumque satori
Sic uisum sit, & hoc riget uno nomine noster
Volsius ora, nec ut de se rumore secundo
Corporis aut animi praestantis opinio surgat,
Aut ficta pariat titulum pietate uerendum,
Persona quoniam nuper se hac exiit ipsum
Vana cuculliferæ ut liquit simulacra cateruæ,
At melior quo quisque, fit hoc & honestior illa,
E

B A R B A

Namq; malo, si non est indecor, ornet, oportet
 Plus illum uirtus pariter quem iuncta uenustat.
 Ergo uirios in ueste, quid est nisi lingua sapore,
 Remigioq; carens uocis, sine munere uisus
 Orbiculus frontis, uacuis uinatus odora,
 Auris & officio capiendi murmuris orba.
 Aut magis exutus fœcibus rutilantibus axis
 Titan lucis inops, uiduatus piscibus amnis.
 Ciuibus urbs expers, & cassus floribus hortus.
 Nunc age dic agni, quando paulò incidit ante
 Mentio, quid magis hunc quàm copia uelleris ornat?
 Attamen in reliquis non est animantibus ulla,
 Quæ stupeat tantum, & nullo sibi cōmodet usu.
 Hinc illud populi dictum, quod sæpius audis,
 Haud bona quod sit ouis, lanam, quæ ferre recuset
 Ipsa suam, non plus ad eum cui barba molesta est,
 Quam quemuis alium, uel te censore, quadrabit?
 Hic mihi respondens de cœpis, alia danti,
 Impatiensq; mei sic alta uoce repugnat.
 Hem quid ais tandem? toto tundetur in orbe.
 Lanigerum pecus, hunc morem qui reijcit, an non
 Eumenidum totus furiali mente laborat
 Ille miser, nec plura ira prohibente locutus.
 Hic oleum infundens flammæ sic inquit rursus
 Audio quæsit is, sed non ea congrua nostris.
 Nam quis tam procul à sensus cōmunis aberret
 Tramite,

Ouis no bona
 e q remissa fac
 re lana suam
 Ita nos uis q
 barbam

IOANNIS SAPIDI

Tramite, tondendas qui deneget esse bidentes
 Sunt solis rerum mortalibus omnia nobis
 Conditæ, quæ mare, quæ tellus, quæ possidet ær,
 Causa præsidij, uitæ ut alimenta ministrent,
 Et, patris atq; Dei tanta est clementia summi,
 Exul ut hinc omnis procul expellatur egestas.
 Hinc nos (ut capita attingam tantummodo rerum)
 Rustica maturam uectamus in horrea messem,
 Hinc patula largos decerpimus arbore foetus,
 Hinc legimus grauidis dulces de uitibus uuas,
 Hinc ingesta cauis torquemus mella, latebris
 Hinc dat ligna nemus, nobis & saxea montes
 Robora sufficiunt, fossæq; metalla cauernæ.
 Hinc nassaq; plagaq; gregem uenamur & hamo,
 Viuere qui fertur nullo pulmone sub undis.
 Hinc tentis laqueis & timetis unguine uirgis,
 Casseq; nodosa capitur uaga turba uolucrum.
 Inde feras trucibusq; minis, ira q; timendas
 Insidijs domitas nostros adhibemus ad usus.
 Inde domi tot sunt animalia mitia, quorum
 Altera pars seruit duro propensa labori.
 Vbertate sui ditat nos altera fructus.
 Sic fit & ut gemino coeuntis acumine cultri,
 Vellera balantum, tam conducentia nobis,
 Quam res uix aliæ quales sint cunq; metamus,
 Nam citius, prisco uescendæ glandis amore,

Oia a Deo rō:
 hinc mortu:
 libris.

B A R B A

Panis, ut insipidi, contempta intercidet esca,
 Quam uel frondicomu indutos uelamine, siue
 Contectos cruda lanuata pelle rapinae
 Haec nos lanicij non cura carenda relinquat.
 Ille cibo ueluti melius ieiunia quouis
 Sedat, sic lana melior non alter amictus,
 Vincere qui tempestatis uim possit iniquam.
 Quin & Cyniphij uillis horrentia capri
 Amittunt tonsu, sed quae terraq; mariaq;
 Illic militibus prosunt, hic uellera nautis.
 Ne tu forti putes lanas hanc ferre caprimas
 Frugem, quae capitur de barba messe uirilisa.
 Hic alia ex alia rerum mihi mentio surgit.
 Quod uideas uix in tam multis millibus unam,
 Quamlibet abiectae sortis, quae protinus omni
 Discedat nobis à commoditate iuuandis.
 Accipe pro non finitis, letale uenenum
 Exemplis, quod non modo non prodesse uidetur,
 Verumetiam fugitur, quod huic uis tanta nocendi.
 Est tamen & uirtus ad certas iuncta medelas.
 Quin, q; plus facit huc, nulla, aut per pauca uidemus
 Fragmenta, & pariter detracta putamina rebus.
 Quae non qualicunq; suo sunt commoda pacto
 Non opus illato, manifestis, lumine, per se,
 Hoc addam, quod & exonerati pondera uentris,
 Vesicae q; latex, bonus olim quaestus odor q;
Nonnihil

IOANNIS SAPIDI.

Nonnihil utilitatis habent, at solius ipsa
Nequicquam profunt miserae praesegmina barbae.

Vcl neq; tergendō, sit honor suus auribus, ano.

Aut tu cui seruire queant huc adfer, & huius

Concedam tibi uictori certaminis herbam,

Ni fortasse putes, fructus quod fundat opimi

Plus satis, in templo si cedua barba sacratio

Sit suspensa, superstitiosi qualia cultus.

Dona quidem nos his oculis conspeximus ipsi.

Hoc addam, prius oblitus, si corpus ad ipsum

Non hominis mentem spectes, & si quid habendum

Est fidei medicis, stante & crescente salutem,

Offeus è barba gingivæ percipit ordo.

Quippe superuacuos hinc elicente fluores,

Quis alitur nutrimentis, ceu gramina riuo.

Et contrà perhibent mentis persæpe retonsis

Esse putres plerumq;, diu nec stare molares.

Non referam quod & æstiuos arcere calores,

Possit & à facie Scythicum defendere frigus.

Hos, si non alios fructus, tamen illa ministrat.

Nunc age rursus, oues an non insignia tergi

Inuitæ sua deponunt, pedicisq; ligantur

Quadrupedes, ut dilecto spoliantur amictu,

Non ullis unquam posituræ sponte diebus.

Est adeo fermè cunctis animantibus ardor

Custodire, sibi concessi munera iuris.

E 8

Comoda mi-
 nix Barbæ

B A R B A

Et ueluti quædam mysteria sacra uereri.
Solus homo sese studia ad contraria uertens.
 Ille sui tener, atq; sibi male suadus amator,
 Obseruat male cœlestis consulta senatus,
Dum damnat spretæ donum uenerabile barbæ
 Fac aliquis charo te munere donet amicus
 Magnificus, cui, cum possis non ulla reponas
 Officia ingratus, non hic tu foedera sanctæ
 Lædis amicitia, quanto plus læditur ille
 Summus amicorum tibi, naturæq; magister?
 Huius enim donum, barbam puto, mente libenti
 Non modo non recipis, sed & à te proijcis ipsum.
Donum quod longe precioso preminet auro,
Et gemmis, quod nemo potest tibi tradere regum,
 Non equidem magis ac oculorum lumen & aures.
 Cuius maior erat priscis cultura sub annis
 Ante tot inuectis corruptum moribus orbem,
 Dum florebat adhuc fidei & constantia recti,
 Nec non simplicitas uitam contenta tueri,
 Quæ postquam fugere, simul discessit & illa.
 Nam (non à primis repetitam fontibus undam,
 Non haustam refugi, uel ab ima fluminis ora,
 Sed modicam medijs tibi propinabimus amnis.)
 Barbarum segetem, promissos fundere crines,
 Antiqui senibus moris fuit omnibus urbis
 Romana, cui post positam se tempore longo,
 Mollicies male consultæ tonsoria curæ,

Barba donum
 prorsus Auro

IOANNIS SAPIDI.

Non magna sine iactura uirtutis auitæ,
 Demum Sicanijs ueniens accessit ab oris,
 Hinc simplex animi candor, morumq; celebre.
 Et scitum dictum, barbati uoce, nouauit.
 Gens in Schondiatis Germanica finibus orta,
 Quæ uictrix Italis olim regnauit in aruis,
 A longis nomen tenuit laudabile barbis,
 Nunc manet hoc illi, cum posteritate relicta
 Telluri nomen nullo populabile sæclo.
 Et non Germanæ fama sine diuite terræ.
 Non caret arcano Solymi pia cantio regis
 Numine, pontificis sacro dum rore perungit.
 Barbam commendans aliam modulamine pacem.
 Idem sustinuit se rursus adire ministros,
 Non nisi dimidiæ barbæ cum parte renata.
 Quid quod sacra Palestinæ quoq; cautio legis,
 Illam gestari uoluit, minimeq; secari,
 Tantæ labis erat genuinam ponere uestem
 Et ueluti lædi uetitum succidere lucum.
 Tum, ne præteream, Fridricho deniq; primo,
 Cui similem neq; Roma tulit, neq; Græcia finxit
 Induperatorem, subrufi barba coloris,
 Incluta perpetua peperit cognomina laude.
 Quæ fuerant & Romanæ communia genti.
 At præstat pro barbitio proferre gerendo
 Pauca, sed, ut spero, quæ non ambagibus ullis

Longobardi.

Barbarossa.

B A R B A

*Ab Exemplo
CHRISTI.*

Persuasura tuum sunt exemplaria pectus.
 Ni morbum tibi forte suum inspirauerit ille
 Credere qui renuit, triduo functa sepulchro
 Corpora iam rursus rediuis excita membris,
 Inserto nisi tentasset prius indice uulnus. *Thomas*
 Dic igitur Christus, uicta super ardua morte
 Sydera conscendens, nostræ spes una salutis,
 An barbam posuit prius hinc abiturus, an illhic
 Barbatus sedet ad patrem, barbatus & inde
 Huc infernatem iudex remeabit in orbem?
 Fertur enim mento flauos habuisse capillos,
 Sed non & rasisse, etiamq; probabile non est,
 Et constat talis, quod sit rediturus ab astris,
 Hinc abiens qualis quondam peruenit ad astra.
 Quid dices scio, iudicij nisi falsa supremi
 Per multas huc usq; manus tot tradita sœclis
 Effigies, forma tibi picta uidetur inani,
 Barbatum nobis quæ mittit ab æthere Christum.
 At satis est quod tam sacro pilus extitit ore.
 Huius & hæud tantum tulit ora præambulo sœta
 Crine, sed obtexit rigido quoq; membra camelo.
 Quid memorem, fasce ut multos complectar eodẽ.
 Quis commissa fuit toto prouincia mundo
 Diuulgare salutaris bona nuncia gaudi
 Hij, dubium non est, quin crinibus integra saluis
 Seruarunt speciosa suis insignia mentis.

Ne non

IOANNIS SAPIDI.

Næ non scœcissent, nisi plusquàm talia sese
 Digna quidem scissent, munusq; decere receptum.
 Proinde uides, plerunq; quod hij quos inclyta uirtus
 Mouit, & ad summæ uexit fastigia laudis,
 Aut sacer adflauit diuini spiritus oris,
 Mentigenis semper studium intendisse capillis,
 Utq; sacramentum sibi suspexisse colendum.
 Proinde uides hominum proceres, diuosq; repreti,
 Dum barbam spernis sexus decora alta uirilis,
 Hoc opus artificis tantum mirabile summi,
 Quantum quodq; aliud res inter cernitur omnes.
 Utq; sciens hic sis, pœnas deus ibit in acreis.
 Ob scelus infandum contempti muneris abs te.
 Sed cur imprudens aliena negocia curo,
 Tu tibi consule, res summo tua proxima damno
 Vertitur, ipse sequar breuibus restantia uerbis.
 Iam quis nesciat & barbam laudare, quod inde
 Nomenclaturam capit haud ignobilis herba.
 Piscis & hac liquidum mutus nat uoce per amnem,
 Tum quoq; uenturos minitantia sydera casus:
 Sed uisu rara, hinc pariter sua nomina ducunt.
 Fertur habere grauem nimbis & nubibus Auster.
 Saturnusq; suo prolixam emittere mento.
 Quid quod & infernus, uates si uera loquuntur,
 Nauita, quem dicunt umbras exponere ripa
 Exangues Stygia, res est nimis alta relatu.

Ab ipso nomine

B A R B A

Non tonsa facie, sed commendatur ab hirta.
 Ecce tibi barbam terrarum, marium, poloque,
 Et simul umbrarum caeca regione repertam.
 Sed Phoebus prius Eoa consurget ab aethra,
 Omnia quam potero nostrae producere causae.
 Tu nunc da quibus orauiri sic raso probare
 Possis, atque iterum uicti caedemus harena.
 Nam contra possent Heroica pectora belli
 Proferri, Magnus Macedo, Byrsaque subactor,
 Ac alij quibus est uicio se radere uersum.
 Nimirum quod praecipue sit turpe putandum,
 Tradita summarum, quibus esset functio rerum,
 Signa potestates delere decentia summas.

Nos igitur quos diuinae reuerentia tangit
 Legis, ab ingresso statuit quam conditor orbe,
 Qui solus uere et summe sapiensque bonusque,
 Aedere nil uoluit, nisi tum bene tum sapienter
 Vel minimam rerum, per quem quoque barba creata est,
 Nos igitur moniti summorum more uirorum,
 Hanc nobis licitam, nobis pascamus honestam,
 Haec nobis et nos sumus huic laus, forma, decusque,
 Haec nostro, ueluti regno, dominetur in ore,
 Hanc nostri indigenam menti sine fine colamus.
 Vos autem molles animi, et rationis inertes,
 Quis fabrefacti bona dispensatio mundi,

Barba missi
 onda

Quae

IOANNIS SAPIDI

Quæ punctis semel absoluit res omnibus omnes,
Sordet & hic saltem non circumspecta uidetur,
Demite sed uobis redeuntem demite barbam
Inuitis, hanc, quam, si Dijs placet, ardua ceruix
Atlantis uix ferre queat, sustentat Olympum,
Qui totum tamen, ut fama est, deponite molem.
Vos igitur spretis naturæ legibus ite,
Et finite abradi, uestro sacra mystica mento.
Calcari pedibus, scopis, mittiq; coacta
In foedas, alia ut reiectamenta cloacas.
Aut, mage si uultis, iuglandis adurite duro
Cortice maxillas, Siculi pro more Tyranni,
Diffisi iugulum tonstrici credere natæ,
Quem, ne te lateant scelerati premia facti,
Propter barbatae statuæ quod dempserat, aurum,
Pœna grauis, patria depulsa in prole, sequuta est.
Aut, ne non sit honos spoliatis ore capillis,
Romanae potius pro consuetudine pubis,
Ferte capillari suspensos arbore Phœbo,
Siue Ioui comptos gemmis auriq; metallo.
Ut perhibent illaudatum fœcisse Neronem.
Tu quoq; quàm uellem hic aliquid, sed dicere pergã
Pace tamen uestra præsentum, tu quoq; si uis,
Et tibi non satis est oris rasura nitentis,
Tondendos potes & genitales tradere crines,
Me tamen, imposito quo tandem fine quiescam

Intonsæ

B A R B A

Intonsæ rediment preciosa monilia malæ.
 Hisq; peroratis uolui dimittere coetum.
 Ille tuens toruum, tauroq; simillimus ic̄to,
 Discessum iam, corripuit me ueste, parantem.
 Quid quæris, tantum non uapulo dira minanti,
 Deniq; sic, animum post multa remissior, in fit.
 Dic age, quanam fronte uiris conuitia tonsis
 Obijcis. hæc, tot posthabita ratione bonorum,
 Quos nunquam possis numero comprehendere certo
 Qui sunt, post homines uitæ famulantibus ipsi
 Artibus edoctos, usi faciebus honesta
 Cura radendis, hodieq; utuntur eadem
 Et simul utentur, nec ui, nec lege uetante,
 Donec decrepiti soluentur uiscera mundi,
 Nasceturq; nouus rebus melioribus ordo.
 Sicq; sub hæc tacuit, sequor hoc sermone tacentem,
 Quid? uideor tonsis tonsor nimis esse molestus,
 Atq; adeo uiuam uulsa cum stirpe pilorum
 Admutilasse cutem, nimis importuna loquendo?
 Non tu, totius pugne temerarius autor,
 Mouisti digitis non attingenda supremis?
 Non tu barbatis iniurius ante fuisti,
 Quam mihi cœpta fuit defendi gloria barbæ,
 Atq; refutari contra tonsoria causa?

Qui loquitur quod uult, rixæ linguæq; profusus
is, merito non absq; suo, quod displicet, audit.

NON

IOANNIS SAPIDI.

Non equidem temere est solitū quod dicere uulgus,
Quam uocem immittis siluæ, tibi silua remittit.
Oribus hirsutis æquusq; bonusq; fuisses,
Et cultus melius mentorum audire apud me.
Nec foret orta mihi iam controuersia tecum,
Quæ tibi, quàm par sit, uiolentior esse uidetur.
Sed, quoniam nos huc te submonitore uocamur,
Et mihi non animo tali persuasus abibis,
Res tandem posito peragetur seria ludo.
Atq; ut eam paucis teneas, discrimen haberi
V sibus in rerum neutris, non debet, et unde
Nil patitur detrimenti ciuili honestas.
Sed fieri siue omitti sine crimine possunt.
Hinc seu stet, seu barba cadat, nihil inde redundat
Offense in quicquã, penes est quod quemlibet æqua
Eius pascendæ detondendæ uè potestas.
Insuper ut nobis proffit tonsura reperta est,
Quales atq; aliæ, quas prouida repperit artes
Ingenij uirtus, nature fida ministra. }
Nam ueluti Phœbe proles Latonia fratri } *A simili*
Obsequium præstans, concessæ lumina flammæ
Luce carens propria, latum diffundit in orbem,
Profectumq; facit peregrino munere magnum
Rebus in omnigenis, sic ars quoq; dotibus, alma
Quas natura dedit, studio subseruit ab omni
Quo sint plus habiles nobis, aptæq; fruendi.

Arte

Arte opy 501.

B A R B A

Arte opus est homini, vitæ quæ portus egenæ.
Sub qua tonstrinæ pariter mihi ponitur usus
Ceu pars, non minus ac alij quicunq; proinde
Hinc, tibi ne fucum faciat contentio, noris
Qui mea stet de radendis sententia barbis.
Absit enim procul hinc à me, quod carpere tentem,
Ex animo glabri studiosos oris amaro,
Esset opus, iuxta dictum vulgare, quod ipsum
Protraherem proprio me prensum in publica naso.
Namq; dedi me tondendum per sæpe libensq;
Et dabo me, quando tædebit denuo barbæ.
Nunc ad te demum uenio, moneoq; fideli
Pectore, quod prius expendas, animoq; reuoluas,
Quæ tibi res sit, ubi, cum quo, de quoq; futura,
Quam te committas dubia sub lite periclis
Nolit inexpertus nando tranare paludem,
Odit præcipientes ignarus scandere montes,
Vitat & indoctus sæuos equitare caballos.
Quid moror exemplis numerũ superantibus omnẽ?
Pone modum, sed me risu res digna, loquente
Hæc duo uerba tuæ uolui quibus addere linguæ.
Ille quidem subito nostris sub ductus ocellis,
Non testudineo lentus de more, recessit.
Non addens neq; my, neq; gry, fortasse quod esset
In duram dudum sua lapsa nouacula cotem
Et quia consensu sese riderier uno

Vidisset,

Præcis expendam
dum qd res sit
ubi, cum quo,
de quo

IOANNIS SAPIDI.

Vidisset, sua tum uelli, qui uellere paulo
 Ante tui uoluit crinilia semina menti.
 Iam grata ut fuerit, risus & fabula quantam
 Materiam mensa simul accumbentibus una,
 Omnibus hæc dederit, non est quod rustica credat
 Simplicitas, quamuis facileis accommodet aureis,
 Et quoq; figmento quouis capiatur anili.
 Ipse quidem scribens hæc rideo, ridet Apollo,
 Et Musa iam dictantes mihi carmina rident.
 Hoc igitur, non immemores quid amicus amico
 Debeat, est bellum contra quod gessimus hostem
 Paulc tuum, quod collatis sine sanguine fuso
 Signis, non armis manuum, sed uocis adorti
 Vicimus. O si nunc usuram copia fandi
 Illa sui daret, in nostras arguta Camænas,
 Qua mureis simul & ranas armauit Homerus,
 Aut qua, non Latio minor ille Pericle Batauus,
 Persuasit, quod scælici dulcedine, quidquid
 Nos mortale sumus, toto moremur in orbe,
 Hic ego de barbibus agerem non laude minori,
 Quam caluam quæ concelebrant præconia frontē.
 Verum quod me Musa, uetans sublimius ire,
 Infirmum pennas, humileis uolitare per oras
 Aurai iubet, & uicinum ludere terræ,
 Cognitor ipse mei moduli, nil uiribus impar
 Aggrediar paruis, sed ad intercepta reuertar.
 Hic ubi iam nullo uertisset terga fugante,

B A R B A

Atq; simul placiti multa cum nocte soporis
 Aurea uis aderat, nobis suadentibus illam
 Hinc fessis oculis, illinc labentibus astris.
 Surgimus, inq; uicem bene fortunata precati,
 Omina nocturnæ nos tempestatis, abimus.
 Hæc recito, non ut mihi Paule dolore graueris,
 Siq; uelim, tamen haud possim, quod iam tibi pridem
 Hic animus fuit euentum qui durat ad omnem,
 Callus ut amittens detritum tempore sensum.
 Quin rides, quasi me murem parientibus ortum
 Montibus adspicias, bene habet, scribo illius ergo
 Ut plenum tetrica uultum grauitate leuares,
 Si legeres nostra nugas leuitate refertas.
 Nunc subit in mentem pariter quod scire uolo te.
 Nos tres & Spegellius & Rhenanus, & ipse
 Vecti nuper equis, ad Aprinam uenimus ædem,
 Esse locum antiquo Nouientum nomine fama est.
 Visendi ueteres capti dulcedine libros,
 Quos ego proximo abinc anno, uix arte receptos
 Agrestum è furijs nil non uastantibus illhic
 Obscuræ abdideram sedi: sed nescio quis fur
 Quis genius ué malus, raptos subtraxerit inde:
 Nam non inuenti, neq; uel puluisculus horum.
 Ergo parum læti, partim quod perditæ nostræ
 Cura operæ, partim studijs iactura quod ingens
 Facta foret, celeres rursus discedimus illhic
 Sle stadium

Partim
 103 & A

IOANNIS SAPIDI.

Slestadium uersus, uix dum uia publica, quæ fert
Libera ad Argentorati pomœria magni
Campestre obtulerat nobis properantibus æquor.
Ecce procul Vitis, quem scissæ curua cicatrix
Deturpat malæ, nobis percharus utrisq;
Quo non est in amicorum studiosior alter
Officijs, tamen id pridem male præstitit in me:
Namq; die promissum abitum præuerterat una,
Me non admonito, conuentum erat, hic ego, ne tu
Perbelle constas pacto? non absq; tabellis
Nolle pedem te efferre meis tibi Vite receptum est
Quonam festinas? properantes flumine nautas
Excusat, qui uina uehant donaria clari,
Ulrichi Rappoldiacæ cognominis arcis,
Spectanti aëreo rapidum de uertice Rhenum.
Vina tibi quæ munificus uir mittat egenti,
His fore se comitem, nos ergo ualere iubentem,
Bensfeldumq; citò tendentem linquimus, atq;
Inde domum recta proficiscimur, inter eundum
Multa super Papa, Francis, Insubribus, Anglis,
Induperatore, Hesperijs, ut tempora nostra
Ferre solent, Turcis & relligione loquuti,
Qui nos Slestadij uix demum sermo reliquit.
Inde potes non esse meam perpendere culpam,
Quod tibi nulla à me cum Vito litera uenit.
Insuper hesternæ quidam me nocte rogauit

F

B A R B A

Sacrificus ruri, qui res huc uenerat emptum
 Quod sibi dignarer rationem reddere Christi
 Tot misere pressi saeculis, se uelle libenter
 Declinare malo (sunt haec sua uerba) bonumq;
 Ut scriptura iubet, facere, ac discernere lucem
 A tenebris, Belial simul à dignoscere Christo.
 Absona quæ dixit, & nulla lege Latina.
 Audiat ista Cato, quos tolleret ipse cachinnos,
 Me facilem exhibui, similem flentiq; dolentiq;
 Officij memor ipse mei, solatus & inde
 Quantum diuina mihi tum uirtute dabatur,
 Explicui nodum, claroq; ex ordine sacra,
 Qua potui breuitate tamen, mysteria dixi.
 Sed mihi tam bene res cecidit, quàm si quis in altis
Fluminibus ceruos capturus, retia tendat,
Aut nassam anguillis capiundis monte reponat.
 Ante bonus cantor coruus, citharædus asellus,
 Consul, ouis, miles, lepus, & sus pharmacopola est
 Quam captus mentemq; oculosq; crucesq; manusq;
 Hic poterit, quid res sacra quidq; prophana doceri.
 Esse ferunt gemmam medijs quæ tradita flammis
 Innatum sibi seruet & impenetrabile frigus,
 Sic uideas homines quos nullo flectere suasu
 Possis, sed contrà manet intractabile pectus.
 Quid facias ibi, quàm quod eo quo sponte feruntur,
 Impellas, asinus ceu, dum parebat inique,
 Rupibus,

Absurda

IOANNIS SAPIDI

Rupibus, à domino tandem protrusus, adhæsit.
Spem posuit medicus, si cessat cura medendi,
Iamq; diu uetitis finit ægrum largiter uti,
Sic quoq; sacrificum sibi nos dimisimus illum.
Nugatum satis est, sed uelle rescire uideris,
Quo ductu, neglecta diu mihi, plectra resumam.
Nescis qui longo peregre iam tempore uiuens,
Deseruit patriosq; lares, charosq; parentes,
Illis uisendi studio, se reddere gaudet?
Quid si posthabitas plena trieteride Musas
Musas illa olim mea mellea gaudia Musas
Rursus adire iuuet, sacrumq; Heliconæ reuisam?
Hæc ratio est, tu ne, tecum contemne, iocantes
Hos Sapidi uersus animo scribentis amico.
Te multum Rhenanus amat, multumq; salutat,
Optat & ut digna te prosperitate fruaris.

BARBA LOQVITVR.

A Sapido tanta sum dexteritate probata,
Ut me foemineus ferre uel ordo uelit.

F 2

IOANNES SA

PIDVS AD IACOBVM

Zieglerum de Cometa

uiso. Anno

M. D. XXXII.



Ernimus insuetum Nabathæis sy
dus ab oris.

Iam cœlo menseis plus minus
ire duos.

Idq; alijs dudum passim fulgenti-
bus astris,

Ac maior mediæ pars ubi noctis abest.

Quod, donec procul à primo conscenderit ortu,

Nunc huc, nunc illuc precipitanter abit.

Fundit & in tantam pallentia lumina caudam,

Quantum metiri lancea nulla potest.

Qua radijs foeta deuexam spectat ad Aram,

Aduersus pluuios subdita regna Notæ.

Tum reliquas inter micat & cadit ultima stellas,

Aurora Clarium restituente iubar.

Quinctiam quoties redit hætenus orta, priore

Se toties maior, splendidiorq; redit.

Iam quid præmoneat, uariat sententia longe,

Totq; modis soleo quot rogitare uiros.

Ille Saguntinæ metuit ieiunia cladis,

Horrendum Martis nunciat alter opus,

Est quem

IO. SAP. DE COMETA.

Est quem sollicitat ne uasti machina mundi,
Rursus in antiquum sit soluenda Chaos,
Conijcit hic ualido quassatis impete terris,
Tecta reuulsa suo corruiura solo,
Stagnanteis alium terrent Epimethidos undæ,
Hic Phaëthontæo rebus ab igne timet,
Est qui mortaleis & cuncta animalia dicat.
Correpta Oenopia disperitura lue.
Quæ quia nil nisi sunt misere prænuncia sortis,
Nec faciunt solidam capta responsa fidem.
Dic igitur Zieglere, decus uenerabile Musis,
Et simul omnigenis nobilitate bonis,
Quid censes, pariter uisum tibi, ferre Cometam?
Nam scio iudicio pondus inesse tuo.
Nequaquam te sortilegorum oracula posco,
Sed coniecturam commemorare tuam.
Qui de præterito, de præsentiq; futurum
Colligit, is plusquam magnus Apollo mihi est.
Fac igitur, quoniam tua prospicientia multum
Hac in re mira dexteritate ualet,
Sis facilis, multisq; malis è uatibus unus
Ipse bonus uates, si potes, esse uelis.

METALLICI IAM MORIENTIS,
& Diuitiarum eiusdem colloquium,
Io. Sap. autore.


- Me.** **V**os ego uos dulces fossa tellure paratas
Aegre iam moriens linquere cogor opes?
- Di.** Sic uisum fatis. Me. sed quò nunc ibitis? Di. illò,
Quò nos hæc eadem ferrea fata uocant.
- M.** Ite mihi comites. D. at non licet. M. ergo quid obstat?
- D.** Rursum fata. M. lubens attamen ipse uelim.
- D.** Quid tibi proderimus defuncto lumine, nobis
Utendis uiuus quum minus aptus eras?
- M.** Quàm timeo ne uos ingratus occupet hæres,
D. Sit qualis nobis cunq; ferendus erit. (abibis.
- M.** M. frustra igitur timeo. D. frustra. M. quid restat? Di.
- M.** Nil ne feram mecum prorsus? Di. an inde feres?
Qui nihil attuleris, nudus prognatus in orbem?
- M.** O fors ô nimium dura, ualete. D. uale.
- D.** Discite diuitijs uos dites largiter uti,
Et simul ex nobis iuge parare decus,
Quid uili numerosa pecunia distat ab alga
Quam semper clausam carcer auarus habet?
Tum uera sumus, in licitos ubi tradimur usus,
Vos & in extrema morte sequemur, opes.

F I N I S.



Maternus Hattenus.

*Vt fertur caluo quod turpe sit esse comatum.
Barbatus barba sic sine turpis erit.*



458

432

Ung III A 170

ULB Halle

3

003 506 665



Sb.

Z



A
10

SYL

AR



2

